


Heinrich Rudolph Redecker Clamor Bussche-Ippenburg von dem

Dissertatio Analytica, Secunda Ad Institutiones Iustinianaeas,

2

Rostochi[i]: Richelius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749830840>

Band (Druck) Freier  Zugang





V. N. — 2 (142.)

1. Festingius, de artificibus Advocatorum.
2. Bathasar, de praerogativis juris germanici praesertim iure romano in materia pactorum dotalium.
3. Sparmann, de praerogativa juris germanici praesertim iure romano in materia pactorum dotalium in specie invalidorum.
4. Inenord, an Creditoribus patroni megapolitani subordinati competat jus venditionem iuris patronatus impediendi aut perfectam iam venditionem rescindendi?
5. Waidschmidt, de sequestratione falso praetensa.
6. Hahn, de Fideiussoribus.
7. Hahn, de iure patronatus ecclesiastic.
8. Kulm, de accessu aeris per pulmones in sanguinem Dubio.
9. Heegius, de titulumania creditorum.
10. Stryer, de officii necessitate.
11. Homberec zu Hous, de foro rei sitae ejusque amplitudine apud iudices germanos et de lūdala in eodem per arrestum juris dictione generatim.
12. Stryer, de dispensatione utriusque desponsatarum.
13. Schwenden d'offen, de privilegiis virginum.
14. Redegern, diss. analytica secunda ad Institutiones affini-
anae.
15. Redegern, diss. analyt. tertia ad Inst. Justin.
16. Redegern, de advocatis.
17. Redegern, de interesse.

18. Federon, ad leg. III. C. de crimine sacrilegii
19. Federon, ad diffut. de accessoriis
20. Federon, de accessoriis
21. Federon, ^{ad} diff. de exceptione P. C. Averdun.
22. Federon, except. P. C. Vallejan Averdun.
23. Federon, ad diff. de solutio in salutem
24. Federon, ad diff. de Anathis,
25. Broctes, de Pomponio historiae litterariae igae-
rio. Federon
26. Rudolphi, de cessione honorum.
27. Federon, diff. analytica prima, ad Pass. Gustin.
28. Gysler, de haereditate iudicialium possessoriorum
Lacii
29. Gysler, De revocatione electionis.
30. Carmon, de remunerationibus principum erga mi-
nistros, prae primis ad bene merita.
31. Zennemann, de abusu, et quorundam opinionum
communiarum, quae juris prudentiae praeiudicium forsasum conspu-
erant vanitatibus, pentas una.
32. Gysler, pietatem et ac iustitiam remedium circa
injurias dei.
33. Krebs, de praefecto urbis romano.

141

I. N. D!
DISSERTATIO ANALYTICA,
SECUNDA
AD
INSTITUTIONES
JUSTINIANEAS,

QUAM
PRÆSIDE

HENRICO RUDOLPHO
Kedern/ P.P.

In Auditorio Majori,

XXVIII. Martii,

Publicè defendendam
suscepit

CLAMOR von dem Bussche/
NOB. WESTPH.



ROSTOCHI,

Typis Johannis Richelii, Senatûs Typogr.
Anno clc lxx.

*A Monsieur
Monsieur Zinzeling
Mon tres honore amy*

IN DI
DISSERTATIO ANALYTICA
SECUNDA

AD
INSTITUTIONES
JUSTINIANEAS

PRÆSIDIO
HENRICO RUDOLPHO

Magistri P. R.
In Auditorio

CLAMOR DEI DEUS
NOB. WESTER.

Rostock

Typis Johannis Kuhnii
Hinc est Rostock

I. N. D.

DISSERTATIO ANALYTICA
SECUNDA.Respond: CLAMERO von dem Bussche /
Nob: Westph.

TIT. III.

DE JURE PERSONARUM.



UBR:] Progreditur Imper: ad pri-
mum juris objectum quod de personis
agit, quatum causam omne jus constitu-
tum est l. 2. de stat. hom.

JURE.] Hic autem jus denotat *Statum*
qui est hujus juris causa, & definitur ha-
bitualis hominis qualitas, ut vel hoc vel illo
jure utatur. Persona autem a personan-
do dicta Gell. §. N. A. 7. proprie qualita-
tem hominis designat l. 31. de hered. Inst.

pr. de stip. serv. seu hominem in statu civili viventem, & politice
consideratum l. 3. de R. J. l. 1. 2. 3. ff. de Stat. Hom. qui titulus huic
respondet, adeoque etiam servi huc referuntur quatenus natura-
lem personam habent, l. 32. de R. J. l. 11. de stip. serv. quoniam in ci-
vilibus servi ad jus rerum referuntur, unde sunt in dominio §. 17.
J. de R. D. jung. l. 215. de V. S. Connexio §§. Ex Jure Gentium pri-
ma hominum divisio proponitur princ. declaratur, ab abstractis §. 1. 2.
concretis nimirum servis §. 3. 4. liberis §. 5.

Pr.

Omnes homines ex jure gentium vel sunt liberi
vel servi l. 3. ff. h.

E

SUMMA.

SUMMA.] Vocatur summa non respectu ordinis, sed juris in quo maximus huius ex jure gentium deducta divisionis usus, quem admodum etiam obligationes & actiones hoc eodem termino dividuntur § 1.7. de Oblig. pr. J. de Act. Nam ratione ordinis à natura homo 1. dividitur in natum & nasciturum seu posthumum l. 7. 26. b. t. 2. à sexu in marem & foeminam l. 9. b. l. 15. de liber. caus. l. 3. §. 1. de bom. lib. exb. l. 152. de V. S. Nam magis jocose quam serio Cujac. 6. obs. 21. per. l. 38. §. 5. ff. de Pæn. scripsisse creditur mulieres non esse homines vid. Limn. de J. P. l. 2. c. 2. n. 12 Harpr. ad §. 5. de publ. Jud. n. 32. Mulierum autem conditio in multis deterior, l. 9. b. in multis etiam melior est maritis Mass. de Just. LL. Rom. dub. 3. Qui autem ex utroque sexu participant Hermaphroditij seu Androgyni vocantur, & illi sexui annumerantur, qui in illis praevalent l. 10. b. l. 15. §. 1. ff. de Testib. 3. à forma in verum & monstruosum: ille ut legitimus sit intra septimum mensem potest l. 12. b. t. l. 3. §. fin. ff. de suis & leg. her. Spekb. cent. 1. q. 77. & intra decimum mensem debet nasci l. ult. C. de postb. & hered. Nov. 39. §. fin. l. 3. §. 11. ff. de suis. & leg. Umm. de Proc. jud. D. 15. 1b. 7. n. 35. Sand Decis. Fris. l. 4. t. 8. def. fin. Hic est qui contra formam in humani generis procreatus est, l. 14. b. t. jung. l. 38 l. 135. de V. S. ubi DD.

LIBERI AUT SERVI.] Servis etiam statu liberi junguntur, quibus sub conditione relicta est libertas l. 9. 16. b. l. 29. de stat. lib. utrisque; annumerantur ascriptitii, qui pro annua pensione fundos, à quibus sponte recedere non possunt, colendos suscipiunt, hi proinde mediae sunt conditionis dum intuitu dominorum & glebae cui addicta sunt servis assimilantur l. 21. C. de Agric. & cens. lib. XI. l. 1. C. de Prad. Tham. d. lib. l. 5. §. 6. C. de his qui ad Eccl. relative autem ad alios servos sunt liberi d. l. 21. C. de Agric. & cens. Nov. 123. c. 17. His nostrates Rustici qui vulgo & in R. J. de Anno 1442. 1512. §. Erstlich & passim proprii homines Germ: Eigenleute Eigenberhörige dicuntur, ferè per omnia exaquantur, quos imperfectos servos vocant, H. Grot. l. 2. c. 5. n. 30. Lassos Webn. Besold. & Speld. obs. Pr. voce lassen. Anonymos quia de omnium natura participant Zaf. l. 2. sing. resp. c. 7. n. 8. Gail de Pign. l. 1. c. 8.

§. Libertas 1.

Liberi à libertate dicuntur, quâ cuiq; à natura quod libet facere licet, l. 4. h.

NATURALIS FACULTAS.] h. e. potestas vivendi à natura data, nam libertas non civili aut gentium sed naturali jure instituta est l. 4. de J. & J. l. 64. ff. de cond. indeb.

FACERE LIBET.] Libertatis enim proprium est, sic vivere ut velis Cic. de Off. l. 1. Servorum autem non est deliberandi arbitrium Arist. 1. Pol. 8. nam ad nulum alterius vivere servile est, unde nec servus dicitur velle dum impetio domini sui obsequitur l. 4. de R. J.

VI AUT JURE.] Restrigitur illa libera facultas duplici retinaculo scil. vi & jure: Per vim non intelligimus illam, quæ fit in bello per captivitatem, sed illam quæ facultatem & potentiam faciendi cohibet, ita illi qui vel in carcere vel à latronibus detinentur liberi manent, l. 24. ff. de capt. & post. l. rev. l. 13. ff. qui testam. fac. poss. quamvis non multum à specie servientium differat, cui non datur discedendi facultas l. 2. ff. de Lib. hom. ex b. Jure autem hæc libere volendi facultas inhibetur, quatenus sæpe vel honestas vel lex resistit arg. l. 15. de condit. instit. & tunc legi ac honestati parere libertas est, unde præclare Cic. idcirco omnes Legum servi sumus, ut liberi esse possimus.

§. Servi autem 2.

Servitute originaliter jure gentium constituta homines respectu persona & rei alterius dominio subiciuntur l. 4. §. 1. h. l. 4. de J. & J.

CONSTITUTIO.] Dicitur tropicè pro illo quod jure gentium constitutum est, adeoq; ponitur causa pro effectu, quod in jure nostro haud infreqvens, ita pactio accipitur pro pacto l. 1. §. 2. de Pa. l. 5. de Pollic. & depositio pro deposito l. 31. §. 1. de A. R. D.

JURIS GENTIUM.] Cum alia servitus jure gentium, alia autem jure civili sit constituta, §. 4. h. v. originem hic Imperator respicit, unde servitus primum deducta est.

DOMI-

DOMINIO.] Respektus domini servus consideratur ut res in commercio existens, unde etiam quadrupedibus annumeratur, l. 2. §. 2. ff. ad L. Aquil nec caput habere intelligitur l. 4. J. de capit. min: interim servus non semper intelligitur relative ad dominum, potest enim servus etiam considerari absolute & esse sine domino, veluti si pro derelicto sit habitus, quia nullius est l. 36. de stip. serv. diff. Mast. de Inst. LL. Rom. l. 2. dub. 26. quo tamen non possumus referre servum hereditarium, quia hereditas dominum presentat pr: l. de stip. serv. & habetur loco domini l. 31. §. 1. de Hered. Inst. l. 9. C. de pos. Obst. l. 13. §. 5. ff. quod vi aut cl.

CONTRA NATURAM.] Sel. primavam seu conditionem quam homo habet à natura quâ omnes nascuntur æquales l. 32. de R: l. l. 4. de L. & I. pr. l. de Libert. Arist. 1. Pol. 8. non tamen est contra jus naturæ derivativum seu secundarium, quia summa ratione cum bella orta essent introducta est, inde dicit Arist. d. l. servum secundum naturam esse, nempe ut majus malum evitetur. Adeoq; cum idonea causa subit, mutatio naturalis juris non abhorret à ratione.

§. Servi autem 3.

Servi à servando dicuntur quia duces belli illos potius servabant quam ut cum possent eos occiderent
l. 4. §. 2. b. l. 239. de V. S.

SERVARE.] Quamvis capti in bello arbitrio captientium jure gentium & civili absolute submittantur §. 17. l. de R. D. l. 3. ad L. Cornel. de Sicar. H. Grot. lib. 3. c. 4. tamen distante ipsa ratione capti non indiscrete interficiuntur sed servantur, unde servi dicuntur dd. LL. & secundum illud Horatij:

Vendere cum possis captivum occidere noli.

MANCIPIA.] Quia manu à victoribus capiuntur, quoniam in bello capti victorum sunt l. 5. 7. de A. R. D. quibus opponuntur vernæ quasi qui ex ancillis verno tempore nascuntur l. 7. 10. C. de R. V. l. 36. ff. de leg. 1.

§. Servi

§. Servi autem aut 4.

*Servi nascuntur ex ancillis, capiuntur in bello,
venduntur ad pretium participandum. l. 5. h. t.*

NASCUNTUR.] Partus enim ventrem sequitur. l. 7.
C. de R. V.

CAPTIVITATE.] Quæ scilicet in justo bello fit, l. 24. 25 ff. de
capt. & post rev. nam si bellum fuerit injustum interna justitia re-
pugnat, quò magis capti capientium fiant quam si in latronum
manus incidant. l. 21. §. 1. d. t. H. Grat. l. 3. c. 10. Hodie tamen
etiamsi bellum justum sit capti non fiunt servi capientium, sed
lytro redimuntur aut permutantur.

VENUNDARI.] Quamvis enim liberi hominis nullum sit
commercium l. 6. 10. C. de lib. caus. §. 5. 7 de E. V. tamen ob impro-
bitatem illorum, qui cum majores viginti annis essent, & ut de
pretio participarent simulabant se liberos, ac patiebantur se igno-
ranti emtori venundari & post in libertatem proclamabant, in
servitute emtoris autoritate publica rediguntur l. 5. §. 1. h. sed.
hunc modum Leo abrogavit Nov. 59. Sunt etiam alii ~~servitutis~~
~~medi-modi~~ juris civilis 1 Si quis per sententiam servus poenæ effi-
ciatur. l. 6. §. 6. ff. de injust. rupt. & irr. §. 1. l. de cap. min. 2 Si libertus
erga Patronum ingratus in servitute revocetur l. 2. 3. 4. C. de libert.
& eor. lib. Utinque Exerc. 4. q. 6. Diss. Cuj. 10. Obs. 33. 3. Quando parentes
liberos distrahant l. 2. C. de patr. q. v. fil. 4 Mulier quæ se alieno
servo miscebat ex SC Claudiano fiebat serva, quod Justinianus
abrogavit §. 1. 7. de Succ. subl. quæ fieb. Cui etiam §. 5. adjungimus,
quando Jure Lubecensi obæratum debitorem licitum est in servi-
tute redigere Jus Lubec. l. 1. t. 3. art. 1. Ubi Max. à quo tamen jus
civile abhorret l. 12. C. de O. & A.

§. In Servorum 5.

*In servis respectu status & conditionis nulla
differentia est, liberi autem vel sunt ingenui, vel
libertini.*

F

NULLA]

NULLA.] Scilicet ratione status, quoniam respectu officii, alii vilioribus, alii honestioribus officiis sunt addicti *l. 15. §. 1. ff. de Usufr.* Inde alii Medialtini, alii Ordinarii, alii Vicarii.

MULTÆ.] Novissimo tamen jure omnes liberi ingenui sunt, salvo tamen jure patronatus manumissioni competenti *Nov. 78. c. 2.*

TIT. IV.
DE INGENUIS.

RUBR.] Liberi vel sunt ex jure naturali & ingenui dicuntur; ingenuus autem ab eo quod ex genitura suo ingenio vivere possit appellatur. Agit autem priori loco de ingenuis, quia origine ac dignitate libertinos antecedunt, & illis opponuntur *l. 7. ff. de recept. arb. l. 44. de Excus.* Ingenuitas autem est Ingenuorum status & conditio *l. 2. C. de Testib. l. 2. de Jur. aur. ann.*

Connexio § §. Ingenuorum Status consideratur per se Pr. & ampliatum §. 1.

Pr.

Ingenuus est qui ex matre libera natus est h. e. ingenua vel libertina, sufficit autem illam vel conceptionis vel gestationis vel partus tempore fuisse liberam, nec ingenuitati obstat patris servitus, l. 5. §. 3. ff. de Stat. hom.

NATUS EST.] Imò & alii modi sunt constituentes ingenuum 1. de quo sententia lata est, quia res judicata pro veritate accipitur *l. 25. h. t.* 2. Si quis in clerum allectus *Nov. 123. c. 17.* 3. Si quis à Principe natalibus restitutus vel aureo annulo donatus fuerit *t. t. de Natal. rest. & t. t. de jur. aur. ann.* Hodie etiam per *Nov. 78. c. 1. 2.* solâ manumissione fiunt ingenui, adeoq; hæc definitio est particularis.

MATRIMONIO.] Hæc vox abundat, quia sufficit matrem fuisse liberam, ex qua etiam vulgo conceptus ingenuus nascitur, *d. l. 5. §. 3. h. t. §. 12. de Nupt.*

PATRE

PATRE VERO SERVO.] Quoniam in naturalibus partus matrem uti in pecoribus l. 5. §. 2. ff. de R. V. l. 52. §. 20 ff. de Furt. in civilibus autem patrem sequitur l. 19. 22. l. 24. b. t. l. 3. C. solut. matr. nec vulgò quæsitus patrem sequi potest, cum vel incertum, vel talem habeat, quem de jure habere non licet d. §. 12. l. 23. b. t. mater autem semper certa est l. 5. de in jus voc. Caranza de Part. c. 3. §. 3. p. m. 275. adeoq; iustis nuptiis natus patrem & vulgò quæsitus matrem sequitur d. l. 19. b. t.

NON DEBET CALAMITAS MATRIS] d. l. 5. §. 3. Regula hæc humanitatis plena est arg. l. 7. l. pen. b. t. unde etiam hoc fluxit, quod supplicium pregnantis differatur donec pepererit. l. 18. ff. b. t. l. 3. 26. ff. l. 22. C. de Pen.

§. Cum autem 1.

Nec servitum facti, nec eam sequens manumissio natalibus h. e. ingenuitati obstat.

IN SERVITUTE FUISSE.] Licet in servitute esse aliquando servitutem juris denotet ac idem sit quod servum esse pr. de Libert. hic tamen denotat servitutem facti, quoniam ingenuum esse & simul justè manumissum esse implicat, adeoq; non de justa sed injusta servitute hic §. explicandus est l. 13. ff. qui test. fac. poss. l. 24. ff. de Capt. & Postl.

TIT. V.

DE LIBERTINIS.

RUBR] Libertini olim dicebantur illi qui ex manumissis nati erant Svet in Claud. c. 24. Hodiè autem libertini sunt ipsi manumissi qui jure gentium facti sunt liberi.

Connexio §. §. de Ingenuis in b. t. agitur in genere pr. in specie quomodo fiant §. 1. 2. & quæ illorum conditio §. 3.

Pr.

Qui ex justa servitute manumittuntur, sunt jure gentium liberi & dicuntur Libertini. l. 9. C. de ingen. manum. l. 4. de J. & J.

F 2

LIBER-

LIBERTINI.] Notanda hic est distinctio inter libertinum & libertum, ille enim respicit statum ex manumissione dependentem, *l. 1. C. de libert. & eor. liber. l. ult. C. de colluf. deteg.* hic patronum, adeoq; libertinus & ingenuus sunt contrariè, libertus autem & patronus relative opposita, interdum tamen libertus accipitur pro libertino *d. l. 4.*

DE MANU DATTO.] dicitur missio *d. l. 4. de j. & j.* Manus autem hic potestatem denotat *d. l. 4. l. pen. C. de furt. l. 2. §. 1. de O. j. Genes. c. 16. v. 5. 6. Besold. de lib. jur. c. 1.* Ita sub manu esse dicitur *l. ult. C. de A. P.* aliàs manus propriè denotat membrum *l. 48. C. de V. S. modo vim l. 11. §. 3. de his qui not. infam. l. pen. de serv. export. modo chirographum l. 15. de probat.*

HOMINES.] Homo civiliter denotat seevum *pr. j. ad L. Aquil. l. 135 l. 205. de V. S.* hic autem naturaliter sumitur & animal rationale sine ulla consideratione status significat, quatenus hominum causa natura omnes fructus produxit *l. 28. ff. de Usufr. §. 37. j. de R. D.*

SERVITUS INVASIT.] Adeoq; servitus non quidem est contra immutabile juris naturæ decretum, sed tamen est præter intentionem naturæ, quæ ex se intendebat omnium libertatem, adeoq; propter bella & alias calamitates ad majora mala avertenda introducta est ne victi occiderentur derivativè *Card. de Lugo D 6. §. 2. n. 10.*

LIBERI.] Hic sumuntur pro ingenuis, quia hi naturæ intuitu magis liberi sunt quam libertini *d. l. 4.* cum & à primis urbis Romæ cunabulis una atqve simplex libertas competierit *§. 3. b.*

§. Multis autem 1.

Manumissio vel est solennis qua fit vindictâ, vel minus solennis qua fit inter vivos ut inter amicos vel relinquitur ultima voluntate ut testamento.

SACRIS CONSTITUTIONIBUS.] Quas Constantinus M. introduxit *l. 1. 2. C. de his qui in Eccl. man.*

VINDICTA.]

VINDICTA.] Manumissio solennis vel fit in comitiis per censum; vel vindicta, quæ est virgula qua manumittendi caput rangebatur, interveniente rapismate, præmissis solennibus verbis: *Ajo te liberum esse.* Hanc a Vindice Vitelliorum servo de quo l. 2. § 24. de O. J. dictam nonnulli verisimiliter arbitrantur; inde vindicta libertatem imponere l. 14. de Manumiss. Et quoniam ita circumductus pileum accipiebat, hinc servi dicuntur vocari ad pileum dum manumittuntur arg. l. 10. C. de Testam. manum.

AUT INTER AMICOS.] Minus solennis manumittendi modus vel inter vivos, vel ultima voluntate observatur. Ille fiebat inter amicos vel per epistolam cum adhibitione quinque testium l. un. § 1. 2. C. de lat. lib. toll. Hic testamento ac Codicillis adeoque vel directis vel præcariis verbis perficiebatur, unde alia directa alia fideicommissaria libertas r. r. de fideic. libert. §. 2. J. de sing. reb. per fideic. l. 4 C. l. 43. de testam. manum. Cujac. 3. O. 23.

SED ET ALIIS MULTIS MODIS.] Præter hic recensitos alii modi reperiuntur r. Si servus infans fuerit expositus vel agrotus derelictus l. 2. 3. C. de infant. expos. l. ult. ff. pro derel. l. un. § 3. C. de lat. lib. toll. 2. Si Dominus ancillam ad fornicationem compulerit arg. l. 13. C. de Episc. aud. 3. Si judæus suum servum non judæum circumciderit l. 1. C. de Christ. man. r. plerique de Consecra. dist. 4. 4. Si servum suum quis heredem vel tutorem scripserit l. pen. C. de necess. serv. §. 1. 2. J. ex quib. caus. manum. §. 1. J. qui test. tut. 5. Si servus adoptatus fuerit §. ult. J. de adopt. l. fin. C. d. t. 6. Si servus necem Domini detegerit l. 5. ff. qui fin. man. ad libert. perv.

§. Servi 2.

Servi non tantum apud prætorem pro tribunali sedentem sed etiam alio quocumque tempore & loco possunt manumitti.

SEMPER.] Quoniam manumissio non est actus contentiosæ sed voluntariæ Jurisdictionis l. 2. de Off. Procons. itaque quovis loco

F 3

loco & tempore, tam feriate quam profesto die fieri potest, quia
libertas per se est favorabilis *l. 122. de R. 7.*

S. Libertinorum 3.

*Liberti olim pro arbitrio manumittentis modo
fiebant Cives Romani, modo Latini, modo Dediti-
tii, sed Justiniani constitutionibus omnes fiunt Cives
Romani. l. un. C. de Latin. libert. coll. l. un. C. de dedit. libert. coll.*

LATINI.] Qui inter amicos vel per epistolam manumitte-
bantur latini fiebant *Caj. i. Inst. i. & libertatem sine civitate acci-
piebant & servi moriebantur l. un. § 3. C. de lat. libert. coll.*

DEDITII.] Hi erant populi devicti qui omnia sua dederant
in potestatem populi Romani, nec spem habebant adipiscendæ jus
civium *Cujac. in π. C. de lat. lib. coll.* Vel qui pœnæ causa victi
à Domino quibusve stigmata iniusta, quive nocentes inventi &
postea quovis modo manumissi erant *Brisl. de V. S. b. v. vid. Nov. 78.*

INTER NOSTRAS DECISIONES.] Insignis nota est 50.
decisionum quæ Codici repetita prælectionis causam dederunt,
quod illis antiqui juris altercationes placaverit *vid. l. ult. C. de N. G.
l. ult. C. de Legat. junct. Const. Cordi. de Emend. Cod.*

CIVITATE ROMANA DECORAVIMUS.] Novissime Im-
perator omnes jussit ingenuos salvo tamen patronatus jure *Nov.
78.* Et quamvis ex constitutione Antonini *l. 17. de Stat. hom.* Om-
nibus qui in orbe Romano sunt datum sit jus civium, tamen
hoc duntaxat ad liberos restringendum est, qui non erant conditi-
one gentis romanæ, sed aliunde; adeoq; non de statu sed de natali
solo in *d. l.* agitur.

TIT. VI.

QUI ET EX QUIBUS CAUS. MA-
NUM. NON POSSUNT.

RUBR.] Manumissioni obstat L. Ælia Sentia de quâ hic,
& L.

& L. Falsa Caninia de quarit. seq. Illa habet duo Capita, 1. quod non liceat in fraudem creditorum manumittere. 2. Quod minores 20 ann. sine causa non habeant manumittendi jus.

Connexio §§. L. *Ælia Sentia* duo habet capita, 1. de oberato; 2. de minore 20. ann. Illud proponitur pr. h. declaratur § 1. 2. 3. Hoc proponitur §. 4. declaratur ut verus § 5. 6. ut novum §. ult.

Pr.

Qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agit, & manumissio tanquam lege prohibita, est ipso jure nulla l. 5. C. de LL. junct. l. 8. §. 1. 24. 29. b. t.

[CUICUNQUE] Quisqve est suarum rerum dominus & arbiter l. 21. C. mand. nisi lex illam libertatem uti in definitione libertatis dictum coerceat, vid. §. ult. l. de his qui sunt sui vel al.

[CREDITORUM.] Creditores hic dicuntur quibus ex quacunque causâ à manumittente aliquid debetur l. 10. & seqq. ff. de V. S.

[NIHIL AGIT.] h. e. manumittendo irrevocabiliter non manumittit, quoniam manumissio illa ipso jure nulla est arg. d. l. 5. C. de LL. l. 10. C. de liber. caus. & irrita dicitur l. 25. b. t. nempe si creditores ipsam voluerint revocare & fraudem probarint l. 5. C. de serv. pign. dat. manum. inde dicitur rescindi l. 5. §. 1. ff. b. t. interpellari l. 7. d. t. retrahi l. 24. d. t. adeoq; manumissi videntur in suspensio esse & ideò statu liberi l. 1. §. 1. de Stat. lib. Pac. b. t. usqve dum fraus probetur, quâ probata manumissio intelligitur retro nulla.

§. Licet i.

Obaratus tamen in defectu aliorum heredum, unum servum potest heredem scribere, qui ei solus & necessarius heres sit, quiqve creditoribus debet satisfacere ne defuncti bona vendantur.

LICET

LICET AUTEM.] Regulae opponitur exceptio, quatenus obæratum unum servum potest manumittere & necessarium heredem scribere, qui creditoribus ejus satisfaciat vel bona sua venditari patiatur.

SOLVENDO NON EST.] h. e. qui solidum solvere nequit l. 114. de V. S.

SOLUS ET NECESSARIUS.] Dicitur solus quia si alii fuerint coheredes, hic non admittitur, nisi eventualiter, si illi recuserint hereditatem adire. Dicitur autem necessarius quia institutus servus nolens volens tenetur hereditatem adire, vid. §. 1. l. de hered. qual. & diff. duos autem necessarios servos heredes scribere testator nequit, quia tunc neuter vel unus duntaxat succedit l. 24. 25. 60. ff. de hered. instit.

SERVI NOMINE VENDANT.] h. e. publice sub hasta distrahant; est autem subhastatio: *Venditio publica quæ obæratum bona pluris licitanti ac offerenti addicuntur*, dicitur aliàs auctio vel proscriptio l. 6. l. ult. C. de fid. & jur. bast. fife.

INJURIA AFFICIATUR.] l. 23. ff. quæ in fr. cred. Injuria modo denotat damnum l. 9. ff. de acqu. & acqu. pluv. arc. modo quod non jure fit pr. l. de injur. modo contumeliam d. pr. hic autem aliquam exstimationis læsionem seu infamiam significat, licet enim subhastatio bonorum non inducat infamiam juris, at tamen infamia aliqua facti vix abest Gotbofr. ad l. 2. de Obseq. Par. & Patr. Buch. ad Treutl. V. 2. D. 24. ib. 4. lit. A. pro quo tamen incommodo manumissus insigne lucrum accipit, nempe libertatem & separationem bonorum post mortem acquisite l. 1. §. fin. ff. de separ. bonor.

§. Idemq; juris,

Servus qui sine libertate heres scriptus est, ex institutione seu presumta voluntate testatoris libertatem consequitur. l. pen. C. de necess. serv. ber. insti. pr. l. de hered. instit.

IDEMq;

IDEMQ; JURIS EST.] ampliatur superioris §. exceptio in servo qui sine libertate heres est scriptus *d. l. pen.* cum juris veteris rigore, servus sine ascripta libertate frustra institueretur heres.

VERISIMILE.] Presumpta enim voluntas testatoris est eum velle fieri liberum, quem elegit heredem, quam sententiam etiam optimā æquitatis ratione Imperator approbavit *d. l. pen.*

§. In fraudem 3.

In fraudem creditorum manumittit, qui vel non est vel manumittendo desinit esse solvendo, adeoq; simul consilio ac re suos creditores ludit.
l. 10 ff. b. t.

IN FRAUDEM.] Fraus i sumitur metonymicè & denotat poenam qt sumitur causa pro effectu *l. 23. §. 2. de Edil. Edict. l. 131. de V. S. 2.* Callidam decipiendi fallaciam significat *d. l. 23. 3.* Ipsum damnum *t. t. que infr. cred.* ita hic simul velle & facere concurrat.

ANIMUM QUOQUE FRAUDANDI.] Quoniam voluntas ac propositum maleficia distingunt *l. 53. ff. de Furt.* inde duo hic copulativè requiruntur, animus fraudandi & vera deceptio *t. t. C. qui man. non poss. d. l. 10.* in fideicommissariis tamen libertatibus duntaxat eventus sufficit *l. ult. C. d. t.* Ratio diff. est, quod directa libertas statim à morte testatoris valet, fideicommissaria autem ex facto heredis pendet, quia ultra vires hereditarias non tenetur *Gl. in d. l. ult.*

SPERANT HOMINES.] Licet ignorantia facti proprii sit intolerabilis, quoniam quisque rei suæ familiaris vires, merita atque emolumentum cognoscere præsumitur *l. 15 C. de res. ind. vend.* tamen quemadmodum jura excusant eum qui in alterius locum succedit *l. 42. de R. J.* ita etiam merito is excusatur qui transmarinas & amplas exercet negotiationes & præcipuè per alios, is enim suas facultates facillè ignorare potest *l. fin. ff. pro suo d. l. 10. ff. h. t.*

G

§. Ea-

Secundum caput L. Alia Sentia est, quod minor 20 annis non aliter possit manumittere quam vindicta, si primò causa apud Consilium fuerit approbata. l. 7. §. ff. de man. vind. c. c. C. de Vind. l. berb.

CONSILIUM] erat consensus certorum virorum, apud quem minor 20. annis ex l. Alia Sentia cogebatur manumittere. Romæ autem Prætori qui præsidebat assidebant quinque Senatores & quinque Equites. In provinciis Præfidi assidebant viginti Cives Romani, qui Recuperatores dicebantur l. 2. §. 29. ff. de O. J. l. un. de off. Cons. Inde dicitur apud Consilium, vel in Consilio, vel Consilio adhibito manumittere l. 15. §. ult. l. 19. 24. ff. de man. vind. l. 2. 3. C. si advers. libert.

APPROBATA.] ratio hujus juris erat lubricum manumittentis consilium, ne minor blanditiis servorum & veteratoria calliditate circumventus manumittendo damnum sentiat; adeoque in minore manumittente requiritur 1. solennis modus, 2. iusta causa, 3. Consilii approbatio.

§. Iustæ autem 5.

Iustæ autem quadam manumissionis cause hic recensentur, inter quas tamen nemo potest servorum procuratoris habendi gratia manumittere, nisi hic septendecim annorum sit, plures tamen cause sunt quam hic recensentur. l. 15. §. 1. ff. de Manum. Vind.

PATREM.] Filius patrem suum potest manumittere, quando cum quavis ratione in suam potestatem redegit.

PROCURATORIS HABENDI GRATIA.] non intelligitur hic tantum procurator ad litem, verum etiam ad negotia, *Eidem. in Exerc.*

in Exere. h. t. 3. quoniam non presumitur causa justa si quis minorem septendecim annis velit manumittere ut negotiis suis perficiatur, neque enim ille efficaciter admittitur, quoniam restitutionis beneficio adhuc gaudet, nec quicquam pro pupillo firmiter gerere potest, quoniam firmitate iudicii destituitur.

MINOR DECEM ET SEPTEM ANNIS.] h. e. septendecim anni in totum debent esse completi arg. l. 1. §. 3. ff. de Postul. & octodecim inchoati l. 13. ff. de manum. vind. septendecim itaque anni in procuratore legitimam aetatem faciunt d. l. 13. l. 12. C. de Procur. Quamvis autem de Jure civili etiam ad litem tales procuratores a majoribus dati admittantur d. l. 1. §. 3. & §. ult. h. l. 23. ff. de min. attamen de jure Canonico 25 anni requiruntur c. 5. §. ult. de Procur. in 6. quod etiam hodiernis moribus observatur. Sand. Decis. Fris. l. 1. tit. 3. def. 3.

§. Causa 6.

Causa semel a Consilio approbata in favorem libertatis non revocatur. l. 9. §. 1. ff. de manum. vind. l. 29. 39. §. 2. ff. de man. test. l. 1. C. de Vind. lib.

SIVE FALSA] Sententia quidem ex falsis probationibus lata possunt retractari l. 33. ff. de re jud. tamen libertas, quae semel ex iudicio consilii competiit, sub praetextu falsae causae non potest revocari l. 1. C. si advers. lib. l. 2. §. 4. de Minor. junct. l. 122. ff. de R. J.

§. Cum ergo 7.

Iustinianus secundo capiti L. Aelia Sentiae derogat, constituendo majores septendecim annis posse testamento manumittere.

QVOD NON ERAT FERENDUM.] ratio mutati juris defumitur ab absurdo, non enim debebat illi cui licet id quod plus est, non licere id quod minus est l. 21. ff. de R. J. quoniam absurdum vi-

dum videbatur, si is qui 14 annorum esset de omnibus suis bonis posset testamento liberè disponere, non simul posset testamento libertatem relinquere, quæ tamen favorabilis res & naturæ conveniens est. Adeoq; à majori ad minus argumentum in jure deducitur affirmativè, à minori autem ad majus negativè, quoniam Jcti aliter ac Aristotelici terminorum duntaxat comparationem respiciunt, non autem majorem prebabilitatem.

NISI DECIMUM SEPTIMUM ANNUM.] mediam itaque Imperator inter annum 14. quæ pubertatis, & inter annum 20. quæ L. Ælia Sentia erat, elegit viam, & illi qui annum 17. implevit liberam manumittendi facultatem concessit *b. §.* Novissimè autem puberibus liberè in testamento manumittere permisit *Nov. 119. c. 2.*

PRO ALIIS POSTULARE.] *d. l. 1 §. 3. ff. de Postul.* Postulare autem quid sit describitur *d. l. 1 §. 2.* & significat idem quod advocare, est autem advocacionis officium necessarium *l. 4. C. de Advoc. 2. l. 14. C. de Advoc. 1.* & imperatoris præmiis ac privilegiis decoratum *l. 6. C. d. 1.* neque Nobili viro indignum, unde etiam Germanicus oravit causas *Svec. in Calg. c. 3. vid. l. 2. §. 35. & seqq. ff. de O. J.* Advocatus autem major septendecim annis, intra artem læsus non restituitur in integrum, quod fieret si extra artem læsus esset *l. 1. C. qui adv. quos in integr. l. 2. de jur. & fact. ign.* aliud enim est in rebus agendis prudentia, aliud scientia juris: Ne hoc clienti videtur esse nocivum, quia talem advocatum elegit: Nec ipsi advocato, quia profiteretur artem, in qua merito debet excellere, cui etiam turpe esset, si per ignorantiam juris se læsum prætendat *arg. l. 2. §. 43. ff. de O. J. junct. l. 9. §. 3. 5. ff. de jur. & fact. ign.*

TIT: VII.

DE LEGE FUSIA CANIN:

TOLLENDÆ.

RUBR.] cum hæc Lex æquè ac L. Ælia Sentia libertati adversari videretur, cum etiam morientium ultimas voluntates reprimere,

13
primeret, contra l. 1. C. de SS. Eccl. jure merito à Justiniano subla-
ta est. Sive autem L. Fufiam, vel Furiam, vel Fuffiam dixeris parum
refert.

Prs

*Lege Fufia sublata morientes liberam faculta-
tem habent seruos suos manumittendi. l. un. C. h. r.*

MODUS CONSTITUTUS ERAT.] modus ille in certo
manumittendorum numero consistebat, nempe à 2. ad 10. pars di-
midia, à 10. ad 30. pars tertia, à 30. ad 100. pars quarta, à 100. ad
500. pars quinta duntaxat poterat manumitti, vide *Paul. l. 4. Sent.
lit. ult. Cajam. l. 1. Inst. 2. Ulp. lit. 1.*

VIVOS LICENTIAM HABERE.] cum major favor sit ul-
timarum voluntatum quam actuum inter vivos, à contractibus
ad ultimas voluntates optima deducitur argumentatio *Nicol.
Everb. loc. leg. 36.* adeoq; duplici ratione Imperator legem hanc
sustulit 1. quia libertati hominum inuidebât, 2. quia in ultima vo-
luntate hoc prohibebat, quod inter vivos erat licitum.

SUAM FAMILIAM.] familiae appellatione quid continea-
tur docetur *l. 195 ff. de V. S.* hic autem servi denotantur qui in
eodem ministerio sunt & ejusdem familiae partem constituunt *l. 1.
§ 14. de V. bon. mpt.*

MORIENTIBUS.] h. e. mortis causa disponentibus, quo-
niam imminente morte, homines ut plurimum testamenta facere
solent; adeoq; per vivos hic intelligit illos qui inter vivos aliquid
egunt. Ceterum illi qui moriuntur, usque dum naturale animæ
ac corporis vinculum dissolvitur adhuc vivi dicuntur *l. 18. § 1. ff.
de manum. test. Gell. 6. c. 13.*

TIT: VIII.

DE HIS QUI SUNT SUI VEL ALLI-
ENI JURIS.

RUBR.] Exposita est divisio personarum quæ magis est juris
gentium, sequitur altera quæ magis est juris civilis, & superioris
sequela

G 3

sequela, quatenus ipsum jus seu potestas ex jure civili descendit.
Torus autem hic titulus descriptus est ex l. 1. §. 2. ff. b. t.

Connexio §§. *Diviso haec exponitur in genere pr. in specie.*
§. 1. 2.

Pr:

*Quaedam persona sunt sui juris, quaedam alieni
juris h. e. dominica vel patria potestati subjecta.*

SUI JURIS.] Sunt Patresfam. sive sint puberes sive impu-
beres, & matresfam. quamvis liberos non habeant l. 4. h. t. l. 195.
§. 2. de V. S. quibus opponuntur filii & filiaefam. d. l. 4. qui in po-
testate & sacris paternis adhuc constituti sunt.

IN POTESTATE DOMINORUM.] Potestas dominorum
est jus quod Dominus lege vel consuetudine habet in servos, quem-
admodum potestas parentum est jus quod pater habet in liberos.
Nam potestatis verbum ad liberos & servos refertur l. 3. §. 3. ff. de
donat. inter vir. & ux l. 1. §. 21. ff. de exerc. act. l. 215. ff. de V. S. Quan-
quam autem de servis jam supra aliquid dictum, tamen de ipso jure
quod dominus in servos habet nihil explicatum est.

SIMUL INTELLIGEMUS.] contrariorum quidem eadem
est scientia, sed contrarii effectus, & contraria ratio l. 35. 116. ff. de
R. 7. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3.

§. In potestate 1.

*Jus dominorum in servos duo comprehendit
1. coercionem corporis, 2. acquisitionem rerum.*
§. 3. per quas pers nob. acqu. l. 1. h. t.

JURIS GENTIUM.] origo potestatis dominicae juri gen-
tium rectè ascribitur, quoniam ipsa servitus juris gentium est
l. 1. §. 1. h. t. Bodin. de Repub. l. 1. c. 5. determinatio tamen juris ci-
vilis est, quo libera illa potestas certis legibus est circumscripta.

VITE

VITAE NECIS Q;] inde Senec. 3. de Benef. c. 23. Domini in ser-
vos vita necisq; potestatem habuere. Sed abusus hujus potestatis &
crudelitas dominorum de qua Bodin. d. l. hoc jus Christiano indi-
gnum limitavit, quia etiam contra cognationem humanam est
l. 3. de I. & I.

§. Sed hoc 2.

Domini supra modum in servos saevire neque-
unt, quin vel ordinariis poenis submitantur, vel
servos etiam in vita vendere cogantur l. 2. b. r. t. r. C. de
Emend. Serv.

SINE CAUSA.] si enim causa sublit justa, potestas vitae ac
necis adhuc obtinet, si scil. servus in flagrante crimine adulterii
vel simili fuerit deprehensus l. 24. §. fin. de Pign. act. l. 96. de V. O.
l. 17. de Furt.

AD AEDEM SACRAM.] Aedes sacrae etiam olim apud Eth-
nicos fuerunt asyla, & vim metuentibus praesidio l. 2. b. l. 17. §. 12.
ff. de Aedil. Ed. quod privilegium Christiani Imperatores suis etiam
templis tribuerunt t. r. C. de his qui ad Eccl. ita tamen ut tuerentur
tantum innocentes; Asylum enim est locus immunitatem praes-
tans contra vim, adeoq; non injuriam facientibus sed passis tute-
lam praestat Nov. 17. c. 7. Nov. 16. 34. 107. nam dolosos lex DEI ab-
strahi jubet ab altari Ios. 20. v. 13. junge Exod. 21. v. 14. Dent. 19.
v. 4. 5. unde merito canonum libidinosa reprehenditur licentia,
qui latronem & publicum depopulatorem duntaxat extrahi ex
Ecclesia permittunt c. inter alia & c. fin. X. de Imm. Eccl.

STATUAM.] Statuae Principum olim consecrari solebant
adeo ut etiam in eas crimen laesa majestatis committeretur l. 5. 6.
ff. ad L. Jul. Maj. unde is qui ad talem Statuam fugiebat, Prin-
cipis officium implorare videbatur & tutus erat adversus vim t. r.
C. de Stat. & imag. t. r. C. qui ad Stat. conf.

BONIS CONDITIONIBUS VENDERE.] h. e. praevia in-
quisitione, & tunc justo pretio, ac pacis tam Domino quam servo
utilibus,

§6

utilibus, ne hic justo durius habeatur, nec ille injuria afficiatur, non enim i. facile credendum servis est, qui natura hostes Dominorum sunt, unde Proverbiū: Quot servi, tot hostes: nec 2. gravandus Dominus qui invitus contra regulam l. 11. 13. C. de contrah. emt. l. 16. C. de Jur. delib. l. 70. ff. de R. V. l. 11. de R. I. l. 7. de act. rer. am. tenetur rem suam irrevocabiliter vendere. vide Speck. cent. 3. cl. 1. q. 17.

MALE UTATUR.] Quamvis cuique liceat re sua abuti l. 25. §. 11. ff. de Pet. her. tamen Magistratus illum abusum rectè prohibet si cum scandalo, & utilitatis publicæ privatione sit conjunctus.

TIT: IX.
DE PATRIA POTESTATE.

RUBR.] explicata potestate dominica, transit ad Patriam quæ est jus parentibus in liberos competens.

Connexio §. Patrie potestatis proponitur subjectum pr. causa efficiens propinqua §. 1. remota §. 2. & effectus §. 3.

Pr.

In potestate patria sunt liberi quos ex justis nuptiis procrearunt. l. 3. ff. h. t.

JUSTIS NUPTIIS.] quæ aliàs dicuntur civiles l. 28. §. 3. de lib. & posth. her. quoniam extra nuptias liberi matrem sequuntur l. 11. 14. de Stat. hom. l. 6. de his qui sunt sui. Constituitur autem patria potestas non tantum ex justis nuptiis pr. h. §. 12. de nupt. verum etiam legitimatione de qua §. ult. cit. seq. adoptione, inf. de adopt. & revocatione propter ingratitudinem t. r. C. de ingrat. lib. H. ll. ad Donell. l. 2. c. 20. & seqq.

§. Nuptiæ 1.

Nuptiæ sunt maris & femine conjunctio quæ ex intentione contrahentium individuam vitæ consuetudinem continent. l. 1. de R. N.

NUPTIÆ.]

NUP TIAE.] à nubendo dicta eò quod novæ sponsæ flammæ h. e. velamine lutei coloris solebant pudoris causa vel etiam in signum objectionis vel humilitatis *c. femina 30. q. 5.* faciem obvelare, & ita in domum Sponsi deduci: triplicem habent significationem, 1. denotant festivitatem nuptialem, *l. 66. §. 1. ff. de donat. inter vir. & ux. l. 24. C. de Nap.* 2. ipsum matrimonium seu conjunctionem animorum *b. & tit. seq.* 3. ipsam conjunctionem corporum *Bac. pr. b. & ad Trent. V. 2. D. 6. th. 7. Lit. B.*

MATRIMONIUM.] dicitur à spe matris quam conjuges habent, inde matrona dicitur quæ cum viro in matrimonium convenit *Gell. 18. N. A. c. 6.* Quoniam autem sæpe oppositio sit inter nuptias ac matrimonium, *l. 10. ff. de R. N. §. penult. l. de nupt. §. 2. l. de her. quæ ab intest.* inde videtur quod nuptiæ ad mulierem, matrimonium autem ad virum referatur, quæ tamen differentia non ita strictè observatur præcipuè cum etiam à matre dicatur matrimonium *c. 2. X. de convers. infidel. & mater semper magis est certa quam pater, quod enim illa scit, hic credit l. 6. ff. de his qui sunt l. 5. ff. de in jus voc.*

VIRI ET MULIERIS.] hic i. excluditur conjunctio unius sexus vel diversarum specierum, quam nos Sodomiam appellamus, de qua *§. 4. l. de Publ. Jud.* 2. Polygamia simultanea, de qua *§. 7. tit. seq.* Patrum enim mores DEUS connivendo toleravit propter promissionem de multiplicatione seminis *c. gaudemus X. de divort.*

CONJUNCTIO.] intelligitur hic animorum, non corporis, nuptias enim non concubitus, sed consensus facit *l. 30. de R. J. qui simul atque accesserit, verum & perfectum facit matrimonium l. 32. §. 13. ff. de donat. inter vir. & ux. l. 15. de cond. & demonstr. c. 1. 2. caus. 26. q. 2.* conjunctio enim corporalis, non tam ad perfectionem primam, quam ad secundam seu consummationem matrimonii pertinet, cum liberorum procreatio non sit forma, sed finis matrimonii *l. 220. §. 3. de V. S. l. 9. C. b. t.* ita etiam deductio in domum non ad formam substantialem, sed accidentalem duntaxat requirebatur *l. pen. de donat. inter vir. & ux. l. 22. C. de Nupt. Ungep. Ex. 3. q. 5.*

H

INDI-

INDIVIDUAM VITÆ CONSVETUDINEM.] respectu voti & intentionis contrahentium, propter communicationem non quidem bonorum, etiam acquiritorum quia mariti sunt l. 51 ff. de donat. inter vir. & ux. sed divini & humani juris l. 1. de R. N. ac participationem utriusq; fortunæ l. 22. §. 7. ff. sol. matrim. quo nuptiæ distinguuntur à concubinato. Ex accidenti tamen interdum fit istius etiam vinculi separatio, nempe propter adulterium & maliciosam desertionem, Matth. 5. & 19. 1. Corinb. 7. nam propter errorem personæ vel virginitatis, vel metum, vel impotentiam nuptiæ non tam rescinduntur, quàm potius dicuntur ipso jure nullæ Speckb. cent. 3. q. 3. ubi sententia tamen declaratoria opus est.

§. Jus autem 2.

Quamvis P. P. simpliciter considerata sit juris gentium, tamen alia gentes talem potestatem non habent in liberos qualem Romani habent.
c. 1. C. de Pat. pot.

JUS AUTEM POTESTATIS.] dist. est inter ipsam potestatem & jus potestatis legibus civilibus determinatum, hoc enim Romanis proprium est, illa aliis etiam gentibus communis l. 3. de his qui sunt sui juncti l. 2. de J. & F.

QVALEM NOS HABEMUS.] talem enim potestatem qualem primò Romulus & deinceps subsequentes Leges, Romanis Civibus determinativè concesserunt, alia gentes non habent, utpote cum olim vitæ necisq; potestas patri in filium competeret l. 11 ff. de lib. & postb. l. 3. C. de P. P. Ill. ad Don. l. 2. c. 25. cujus exempla habet Valer. Max. l. 5. c. 8. Sed hæc potestas meritò est parentibus, adempta quam revocandam censet Bod. l. 1. de Rep. c. 4. cum tamen potius in pietate quam atrocitate consistere debeat l. 1. 3. 4. C. b. t. l. 5. ad L. Pomp. de parric. Interim vestigia quædam remanserunt, quia si Pater filiam in adulterio deprehensam potest occidere l. 20. & seqq. ff. de Adult. 2. Judici filium ex præscripto suo puniendum offerre l. 3. C. h. t. l. 2. Ad L. Corn. de Sic. 3. Propter egestatem sanguinolentum

19
lentum filium oppignorare vel vendere l. 2. C. de Patrib. qui fil. dist.
4. Liberos suos exheredare r. 1. de exher. liber. 5. Modicè castiga-
re d. l. 3. 4. C. b. l. un. C. de emend. propinq. non tamen abdicare h. e.
domo sua expellere l. 6. C. b. r.

§. QVI igitur 3.

*Filius, nepos & pronepos sunt in potestate avi,
quicumque autem ex filia nascitur in sui patris vel
avi potestate est.*

NASCITUR.] Objectum P.P. sunt liberi, non solum primi,
sed etiam ulterioris gradus, quoniam omnes qui sunt de familia
uni capiti parent, l. 195. § 2. de V. S. nec ratio patitur ut illi, qui in
potestate sunt, alijs in potestate habeant l. 21. ff. ad L. Jul. de Adult.

IN TUA POTESTATE EST.] quamvis enim parentibus una
reverentia debeatur l. 6. de in jus voc. attamen non Mater sed Pater
liberos in potestate habet, quia in civilibus liberi patrem sequun-
tur l. 4. ff. de Curat. fur. §. 3. l. de hered. qual. & diff. l. 19. 24. ff. de Stat.
hom. H. Grot. l. 2. c. 5. n. 2.

QVI AUTEM EX FILIA.] filia nubendo in alterius transit
familiam d. l. 195. de V. S. ideoque liberi qui ex ea nascuntur non in
potestatem avi materni, sed patris sui vel avi paterni rediguntur.

TIT. X.

DE NUPTIIS.

RUBR.] Hactenus de Patria potestate in genere dictum est,
jam sequuntur causæ speciales eam constituentes, inter quas primò
veniunt nuptiæ.

Connexio § 5. Nuptiæ justæ considerantur secundum præcepta
consentanea, tam imperantia pr. quam prohibentia, tum propter necessi-
tudinem Cognationis in linea recta §. 1. collateralis §. 2. 3. 4. 5. Affinitatis
§. 6. 7. 8. 9. cuius etiam ratio in servis habetur §. 10. tum propter alias
causas §. 11. & dissentanea §. 12. nuptiis additur Legitimatio §. ult.

H 2

Pr.

Pr. las srtionig qo cu llo mital
**Cives Romani puberes qui secundum Leges
 coeunt, & consensum parentum adhibent si filifam,
 fuerint, justas nuptias contrahunt.**

JUSTAS NUPTIAS.] Justæ nuptiæ sunt, si inter eos qui nuptias contrahunt, connubium sit: connubium autem est uxoris jure ducendæ facultas *Ulp. in fr. tit. de his qui in pot. junge l. 3. C. de incest. nupt.* ita alia justa uxor est quæ in manum viri convenit usu, farre, aut coemptione: alia injusta, cum quæ jus esse connubii leges non patiuntur *l. 13. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult. ubi Gl. l. an. ff. unde vir & ux. Revard. var. l. 4. c. 16.* adeoq; justarum nuptiarum hic recensentur requisitæ.

CIVES ROMANI.] Capaces itaq; matrimonii non sunt deportati *l. 17. §. 5. ad SC. Trebell.* nec peregrini, nisi ipsis concessum fuerit *Ulp. d. l.* nec servi, sed liberi homines qui in Imperio Romano vivunt *d. l. 3. C. de incest. nupt. juncta l. 14. de Stat. hom.* unde conjunctio servorum cum ancillis non connubii, sed contubernii appellationem habet, nec vir & uxor, sed contubernales vocantur *d. l. 3. l. 19. §. 3. l. 12. §. 33. ff. de Instr. vel instr. leg. l. 81. ff. de cond. & dem. quæ tamen differentia jure canonico c. 1. X. de conjug. serv. & nostris moribus, unâ cum antiqva servitute sublata est.*

CONTRAHUNT.] propriè tamen nuptiæ non sunt contractus, quia 1. objectum nuptiarum non est in commercio *arg. §. 2. l. de inur. stip.* 2. quia ex matrimonio non oritur directæ actio, sed extraordinaria officii Judicis imploratio, 3. quia matrimonium non est societas rerum, sed vitæ *l. 1. b. t. l. 1. de act. rer. amor.* nec 4. conventio matrimonialis causam civilem habet *arg. l. 7. ff. de j. act. junct. l. 15. 19. de P. V.* adeoq; in latissima demum contractus significatione nuptiæ continentur, quemadmodum & delicta eadem voce veniunt *l. 52. de re Jud. l. 20. ff. de Jud. l. 8. de Public.*


SECUNDUM PRÆCEPTA LEGUM.] h. e. ne lege divinâ, naturali vel civili prohibeantur, prohibentur autem *alij* ob cognationem, §. 1. 2. 3. 4. 5. *alij* ob affinitatem, §. 6. 7. 8. 9. *alij* ob ætatem, *alij*

alij ob honestatem publicam § 10. 11. quorum illi qui divino vel naturali jure prohibeatur perpetuam, qui autem civili, temporalem duntaxat habent prohibitionem. In cognatione videndum ne in gradibus prohibitis coeant: Gradus autem est ascensus vel descensus in linea ascendenti, descendenti vel collateralis, ad computationem personarum institutus. Est verò computatio alia Juris Civilis; ubi in quavis linea tot sunt gradus quot generationes demto Stipite l. 10. §. 9. de gradib. alia Juris Canonici non quidem in linea ascendenti & descendenti, sed collateralis secundum illud:

Per rectum filium concordant utraque jura.

Per transversalem superant legalia jura.

Itaq; in linea collateralis Canones talem ponunt Reg. *Quoto gradu utraq; persona distat à communi Stipite, toto gradu inter se distanti; adeoq; personæ transversales conjunguntur.* In linea autem inæquali talem ponunt Reg. *Quoto gradu remotior distat à communi Stipite, toto gradu persona inter se distat c. 3. 9. X. de consang.* quæ tamen regula evidentem habet absurditatem, tum quia illam ducere possum quæ mihi filiæ loco est, contra § 3. b. tum quia nepos æquè latè distat à patruo ac atnepos, quod absurdissimum est. Ut autem computatio ritè innotescat, præsens Schema usui esse potest



PUBERES.] Pubertas in maribus 14. in fœeminis 12. annis determinatur pr. l. quib. m. tut. fin. l. fin. C. qn. tut. esse def. in quæ tate nuptiæ non quidem præcipiuntur sed permittuntur.

H 3

VIRJ

VIRI POTENTES.] quod virum pati possint l. pen. ff. qu. dies
 legat. nam ante illam aetatem virgines disuntur immatura l. 25. ff. de
 injur. l. 32. §. pen. ff. de donat. inter. vir. & ux. Si igitur puella mi-
 nor 12 annis domum ducta fuerit, non intelligitur esse legitima
 uxor antequam 12. annum implevit l. 4. ff. b. t. §. ult. b. t. 10. ff. de
 cond. & dem. l. 68. de J. D. Cur autem citius pubescant foeminae
 quam mares ad debilitatem naturae refert Macrobius l. 7. Saturn. 7.
 fortè quia mala & exilis herba citò crescit. Canones verò non
 ex annis, sed ex malicia seu vigore corporis facultatem nubendi
 discernunt c. 3. 9. fin. X. de despons. impub. Interim generaliter in
 nuptiis non quid liceat, sed quid honestum sit spectandum venit
 l. 42. b. t.

CONSENSUM HABEANT PARENTUM.] Forma con-
 trahendi consistit in consensu, cum illorum qui contrahunt l. 2. b. t.
 isq; debet esse licitus, honestus, justus, liber, plenus, sincerus, vide
 Speckb. c. 3. cl. 1. q. 2. cum illorum qui liberos in potestate habent
 l. 23. 16. ff. b. t. & hic praecedere debet, neque per ratihabitionem re-
 trotrahitur, ut nuptias retro faciat validas, sed ex eo tantum tem-
 pore valent quo parens consensit l. 65. b. t. l. 68. de J. D. l. 13. §. 6.
 Ad L. Jul. de Adult. quoniam initium earum semper à consensu pa-
 tris sumitur l. 11. de Stat. hom. l. 13. de his qui not. nec hoc correctum
 videtur l. ult. C. ad SC. Maced.

CIVILIS ET NATURALIS RATIO.] Illa est Patria pote-
 stas, cujus intuitu filiusf. patris conditionem deteriore faceret,
 si ducendo uxorem invito patri suum heredem obtruderet l. 5.
 C. b. t. idem faceret filiaf. si invito patre in alterius familiam migra-
 ret, contra l. 31. de Adopt. l. 4. C. de Emanc. Hec est reverentia pa-
 rentib. debita l. 2. de J. & J. l. 9. ff. de obseq. par. & l. 5. de in jus voc.
 Adeoq; gravissimè in jus naturae filius peccat, si sine consensu pa-
 rentum suorum in praediciam familiam uxorem duxerit. Et
 haec ratio naturalis etiam in jure divino fundatur Gen. 24. Deut. 7.
 Jud. 24. Coll. Arg. b. t. n. 5.

SVADET.] non quidem eodem necessitatis gradu, nam de
 jure civili, nuptiae sine parentis consensu contractae sunt ipso jure
 nullae;

nulla, utpote quæ forma essentiali destituuntur §. 12. b. 1. à quo
nec jus Can. discedit t. 1. 3. 4. *caus.* 30. q. 5. c. 13. 14. 16. *caus.* 32. q. 2.
Jus tamen naturale talem necessitatem non imponit, non enim
omnia quæ juri naturæ repugnant, eodem etiam irrita sunt, quia
solum reverentiæ officium, non efficit ut nullus sit actus qui ei re-
pugnat. *H. Grot. l. 2. c. 5. n. 10.*

Jussus] Jussus præcedit actum l. 25. §. 4. ff. de A. H. Con-
sensus comitatur actum t. 1. *Inst. de Obl. quæ ex conf.* Ratihabitio
sequitur actum l. fin. C. ad S. C. Maced. l. fin. ff. de bon. poss. interim
jussus hic non opponitur consensui actum concomitanti, sed con-
sequenti h. e. ratihabitio, sufficit enim si Pater expressè vel ta-
cité consentiat. l. 5. C. b. 1. Neque jussus hic denotat aliquam co-
actionem sed permissum & voluntatem l. 29. §. 3. de inoff. test. juncta
l. 21. ff. l. 12. 14. C. b. 1.

NOSTRA CONSTITUTIONE] quæ est in l. 25. C. b. 1. &
l. 28. C. de Episc. aud. scil. parentis defectum supplet autoritas Ma-
gistratus, Episcopi, Curatoris furiosi, & propinquorum consen-
sus; quod idem dicendum si Pater sine causa consensum honestis
filii petitis denegaverit l. 19. C. b. 1. filius autem emancipatus suo
arbitrio potest uxorem ducere l. 8. C. b. Ungep. Ex. 3. q. 6. Sed si filia
emancipata nubat patris consensus adhibendus est, qui si mortuus
sit, etiam matris & propinquorum consensum requirere debet l. 18.
20. C. b. 1. Sand. De. is. Fris. l. 2. t. 1. def. 2. Cnj. 3. Obs. 5. Hodie tamen
in nostris & aliis benè constitutis judiciis utriusque parentis con-
sensus ad formam matrimonii requiritur quemadmodum etiam
trina denunciatio & benedictio ecclesiastica Sand. l. 2. de is. def. 1.

§. Ergo non t.

Inter illas personas quæ parentum & liberorum
loco sunt, sive fuerit vinculum naturale sive civile,
nuptiæ sunt prohibita, & contracta nefaria ac in-
cesta dicuntur.

INTER EAS PERSONAS.] h. e. in linea ascendenti & de-
scendenti nuptiæ contrahi non possunt l. 53. ff. l. 17. C. b. 1. Lev. 18. 20.
ratio

ratio hujus juris *tum* ex ratione naturali fluit, quoniam dictante natura, etiam bruta quædam animalia à tali congressu abhorrent, *H. Groc. l. 2. c. 6. n. 12. tum* ex ratiocinatione civili deducitur, quia ex tali conjunctione, ordo cognationum & jus patriæ potestatis confunderetur.

NEFARIAS ATQVE INCESTAS NUPTIAS.] DD. communiter statuunt quod nefariæ nuptiæ in lineâ ascendenti ac descendenti, & incestæ in linea collateralali contrahantur, quod tamen nullo juris fundamento dicitur *b. § l. 68. ff. b. r. Nov. 12. t. t. C. de incest. nupt.*

IN TANTUM UT ETIAM DISSOLUTA ADOPTIONE.] Prohibitio hæc etiam extenditur ad adoptionem per emancipationem solutam, quoniam ratio pudoris & reverentiæ hic semper durat *l. 23. ff. de Adopt. quævis* dissoluta adoptione pater & filius esse desinant *l. 13. 14. ff. de adopt.*

§. Inter eas 2.

In linea collateralali primo gradu veniunt fratres & sorores, inter quos siue naturales siue adoptivi fuerint, nuptiæ sunt prohibitiæ; inter adoptivos autem quatenus adoptio eatenus etiam prohibitio durat.

INTER EAS QUOQUE] à linea recta progreditur ad transversalem, quæ vel æqualis est, in qua personæ æqualiter à Stipite distant, vel inæqualis ubi altera est remotior. *Vid. Schema.*

COGNATIONIS] Cognatio est conjunctio ex generatione vel adoptione descendens, eaq; triplex est 1. Naturalis quæ per feminas descendit, *z. r. unde cogn.* 2. Civilis quæ per adoptionem contrahitur *t. r. de adopt.* 3. Mixta ut agnatio quæ per virilem sexum descendit *§. 1. l. de legit. agn. tut.* hodiè tamen differentia agnatorum & cognatorum sublata *Nov. 118.* quæ tamen nec jure Institutionum in matrimonio obtinuit.

INTER FRATREM ET SOROREM.] in secundo itaque gradu lineæ æqualis & computationis civilis, qui est primus gradus compu-

computationis canonice, ut inter fratrem & sororem, nuptiæ nullo jure permittuntur; & hoc quanto in majoribus propter defectum hominum fuit antiquius, tanto hodie factum est damnabilius c. cum igitur 35 q. 1.

ADOPTIO SIT DISSOLUTA.] quoniam adoptio civilem tantum cognationem inducit, ideo illa dissoluta nihil obstat quin frater adoptivam antea sororem possit ducere l. 17. b. t. quamvis enim reverentia erga patrem adoptivum maneat, non tamen cognatio inter transversales; quæ ut civiliter erat constituta, ita etiam civiliter dissoluta.

§. Fratris vero 3.

Frater non potest fratris vel sororis filiam, neptem aut proneptem &c. uxorem ducere, quia sunt parentis loco.

QUAMVIS QUARTO GRADU SINT.] hic enim videtur lineæ ascendenti ac descendenti ratio militare l. 17. §. ult. l. 39. 55. ff. b. t. & ne quidem in concubinato has personas haberi licet l. 56. ff. b. t. nam patruus est q. alter parens, & avunculus q. alter avus, unde & fratres parentum Thy dicuntur Nov. 118 q. divini, quod loco DEI habendi sint. Inde nefandissimum scelus per hanc conjunctionem committitur l. 2. C. si nupt. ex reser. pet. vide tamen Cujac. 16. Obs. 37.

CUJUS ENIM FILIAM.] hæc Regula non est universalis sed limitatur pro subjecta materia, & ideo restringenda ad illas personas quæ parentum & liberorum loco sunt; nam amitam quidem meam ducere non possum, tamen ejus filiam tanquam meam consobrinam ducere possum §. seq.

§. Duorum 4.

Consobrini h. e. fratrum ac sororum liberi, quia quarto gradu sunt lineæ equalis, conjungi de jure civili possunt, l. 3. 67. §. 1. b. t. l. 23. ff. de condit. Inst. l. 19. C. b. t.

I

CONJUNGI

CONJUNGI POSSUNT.] particula negativa quæ à Theophilo § huic inserta est, fortè ex l. 3. C. Tb. de incest. nupt. fluxit, cui tamen constans superiorum textuum consensus contradicit. Adeoq; etiam Theophilus ille hunc §. ad usum sui temporis fortè interpolavit. Interim nec jure divino tales nuptiæ prohibentur *Genes. 29. Lev. 18. Exod. 6. Tob. 7.* Licet Jus Canonicum etiam in quarto gradu suæ computationis (quæ in praxi servatur *Carpz. consil. l. 2. t. 5. def. 75.*) adeoq; in nostro Schemate inter G. & H. nuptias prohibet *c. non debet X. de Consang.* sed ridicula & absurda ratione, à quatuor humoribus desumpta. Hodiè in reformatis Ecclesiis media via electa est, dum in tertio gradu computationis canonicæ & lineæ æqualis nuptiæ permittuntur, nec refert sive ex uno, sive ex duplici latere conjungendi sint conjuncti *Carpz. in Arb. Conf. c. 3. n. 52. & seqq.*

§. Item amitam 5.

Amitam h. e. sororem patris, & materteram h. e. sororem matris uxorem ducere non licet arg. §. 3. uti nec amitam magnam h. e. sororem avi, nec materteram magnam h. e. sororem avia, quia parentum loco habentur.

MAGNAM QVOQUE AMITAM.] nec obstat quod amita magna & matertera magna 4. sint gradu l. 17. ff. b. t. quoniam prohibitio nuptiarum non tam præcisè ex computatione gradus, quam qualitate personarum æstimatur, præcipuè si respectus parentum ac liberorum subsit. Prohibetur etiam quis amitam magnam ducere etiam si adoptiva sit, l. 17. ff. de Nupt. Matertera verò hic omittitur quia adoptiva propriè esse nequit, nam adoptio agnationis jus in lineam paternam duntaxat inducit l. 12. ff. d. 1. 12. ff. de adopt. nec *Obst. d. l. 17. & l. 55. d. 1.*

§. Affinitatis quoque 6.

Affinitatis ratione illa persona qua parentum

*ventum ac liberorum, fratrum ac sororum loco juncti
conjugi non possunt*

AFFINITATIS.] Expositis gradibus cognationis progreditur Imperator ad affinitatis jura. Affinitas autem est necessitudo ex conjugio contracta, de qua agitur l. 4. §. 3. & seqq. ff. de grad. non quod jure aliquo inter conjugum cognatos ad invicem nascatur cognatio, uti vulgò dicitur, sed quod cognati mariti sint affines uxoris, & cognati uxoris sint affines mariti; cognatorum autem inter se nulla affinitas, ergo etiam nulla prohibitio; inde venit quod duo fratres possint duas sorores ducere; uti etiam pater & filius, matrem ac filiam Carpz. *Consist. l. 2. t. 6. def. 88.*

A QUARUNDAM NUPTIIS.] Quamvis affinium de jure civili proprie nulli gradus sint, quia affinis non generat affinem. d. l. 4. §. 5. attamen illæ personæ prohibentur quæ parentum ac liberorum, fratrum ac sororum locum tenent l. 12. §. 1. 2. l. 15. l. 40. ff. b. t. l. 5. pen. ult. C. de incest. nupt. ergò nec uxoris sororem nec fratris viduam ducere licet Carpz. *arb. consang. c. 4. n. 19.* cum quò etiam jus divinum convenit *Levit. c. 18. v. 8. 15. 16.* Jure tamen Canonico iisdem gradibus affinitatis & cognationis nuptiæ prohibentur, scil. inter superstitem & defuncti conjugis cognatos c. non debet X. de consang. & affin. unde in Protestantium Ecclesia iterum media via electa, ubi tamen nec uxoris meæ fratris viduam, nec ejus filiam ducere possum Carpz. d. l.

PRIVIGNAM.] imò ulterius viduus privigni viduam ducere nequit l. 15. ff. b. t. quia est filiæ loco.

DUAS UXORES.] adeoq; quæstio affinitatis tum demum oritur quando alter conjugum præmortuus est, quoniam duas uxores eodem tempore habere non licet, qui autem hoc facit de jure civili notatur infamia l. 1. ff. de his qui not. infam. & CCC. V. gladio punitur *art. 121. vid. Speckh. cent. 1. q. 70.*

§. Socrum quoque 7.

*Defunctâ uxore nemo potest Socrum ac No-
vercam uxorem ducere, quia matris loco sunt.*

SOCRUM QUOQUE.] Socrus appellatione non tantum uxoris mex mater, sed etiam ejus avia & proavia continetur, quemadmodum etiam Noverca appellatione l. 14. §. 4. b. t.

COMMUNI JURE.] i. e. communi Regula juris, qua nemo potest simul duas habere uxores §. *preced. b.*

§. Mariti tamen filius 8.

Comprivigni Germ. Zufahnen gebrachte Rinder nuptias inter se omni jure recte contrahunt.
l. 34. §. 2. b. t.

RECTE CONTRAHUNT.] exempla hujus §. non tantum hodiè passim sunt obvia, sed etiam l. 134. ff. de V. S. tale occurrit, ratio quia non sunt fratris ac sororis loco, nam viri & uxoris cognati inter se ut §. 6. dictum, non sunt propriè affines d. l. 4. §. 3. ff. de grad. nec Obs. Levit. 18. v. 11. Quia ibi non agitur de comprivigna, sed de sorore ex eodem patre nata Carpz. in Arbor. Conf. c. 4. bb. 49. n. 117. & in Jurispr. Confist. L. 2. r. 6. def. 105. Coll. Arg. n. 14. m. 6. b. t.

LICET HABEANT.] nam interventio fratris vel sororis nullam sanguinis vel cognationis necessitudinem inducit, quia nuptiis impedimento esse possit d. l. 34. §. 2.

§. Si uxor 9.

Quamvis ex uxore post divortium privigna non nascatur, tamen honestatis intuitu nemo potest illam uxorem ducere.

PRIVIGNA TUA.] Privigna dicitur q. prius genita, cum itaque post divortium ex alio marito progenita, respectu prioris non possit privigna, vel ullo jure conjuncta dici, tamen honestatis & justitiæ externæ ratio tale matrimonium dissuadet l. 12. §. 3. b. d. 13. §. 3. ff. ad L. Jul. de Adult.

NAM CONSTAT NEC SPONSAM.] argumentatur hic Imperator à minori ad majus negativè, licet enim pater sponsam nunquam

69
nunquam tetigit, tamen filius dissolutis sponfalibus illam ducere
nequit, quoniam ex sponfalibus etiam imperfecta, quaedam affini-
tas orta videtur *arg. l. pen. C. de incern. nupt.* ita nec hodie fratris
prædefuncti sponfam quis sine dispensatione ducere potest *Carpz.*
in A. C. s. n. 75.

§. Illud certum est 10.

Servi quavis de jure civili pro nullis habeantur, tamen propter naturalem pudorem à quibusdam nuptiis prohibentur.

SERVILES.] hæcenus explicata est conjunctio civium, sequitur jam servorum, quicum non sint juris civilis sed tantum naturalis participes *l. 32. de R. J.* Inde etiam matrimonium, quod naturalis pudor & honestas prohibet, contrahere non possunt *d. l. 14. §. 2. ff. de R. N.* quoniam conjunctio talis in incestum naturæ veritum incidit *l. fin. d. t.*

§. Sunt & aliæ 11.

Plures sunt causa publica honestatis propter quas nuptia prohibentur quæ ex Pandectis & Codice peti debent.

SUNT ET ALIÆ PERSONÆ.] sequitur jam tertia causa prohibendi scil. publica utilitas & honestas. *Gl. ad h. §.* quatuordecim ponit prohibitionis causas, quæ tamen generaliores sunt quam ut hunc paragraphum duntaxat respiciant, quare quædam exempla ponam. 1. Nemo de jure civili potest illam ducere quam antea adulterio polluit *l. 13. ff. de Reb. dub. Nov. 134. c. 12.* quod tamen jure can. & nostris moribus non ita simpliciter obtinet *t. t. X. de eod. qui dux. in ux. Carpz. J. F. p. 4. c. 20. def. 16.* 2. Quam ex sacro baptismo suscepit *l. 26. C. h. t.* 3. Cujus tutor fuit *l. 64. b. t.* sed hi duo modi in Reformata Ecclesia non observantur *Carpz. in A. C. s. 3. n. 34. & seqq.*

I 3

§. Si

§. Si adversus ea 12.

Qui adversus leges coeunt, non tantum injustas nuptias contrahunt, adeo ut nec vir, nec uxor, nec matrimonium, nec dos, nec liberi intelligantur, sed etiam alias poenas sustinere debent.

COIERINT] Coitus semper illegitimam conjunctionem denotat, quæ etiam dicitur concubernium l. 5. 10. 11. C. de Natur. lib.

SPURIUS] alius est spurius alius est vulgo quæsitus, tecus ac putat Cujac 5. O. 6. licet enim quod patriam potestatem concernit, nulla inter hos diversitas sit, §. 12. b. tamen per se spurius generaliter is est, qui ex scortatione, stupro, incesto, vel adulterio natus est l. 6. de Decur. adeoq; licet omnis vulgò quæsitus spurius sit, non tamen omnis spurius vulgò quæsitus est Anton. Fab. in Jurispr. Papin. t. 1. r. 3. p. 4.

EXACTIONI LOCUS SIT.] Si nuptiæ contra LL. civiles contractæ, & fortè dos soluta fuerit, datur conditio sine causa l. ult. ff. de cond. sin. caus. Si vero nuptiæ contra jus divinum & naturale contraherentur dos ac donatio propter nuptias nisi atas excusaverit fiunt caduca l. 4. C. de incest. nupt. l. 61. ff. de J. D.

ALIAS POENAS.] tales poenæ sunt petendæ ex t. r. C. de incest. nupt. & ex Nov. 154. Jure autem Sax. quod passim observatur, incestus in linea collateralis fustigatione, in linea recta capite puniuntur, quod tamen de Jure civili non potest probari Carpz. p. 4. const. 22. def. 1. & seqq.

§. Aliquando autem 13.

Non tantum is in Patris potestate est, qui ex justis nuptiis procreatur, sed etiam qui postea per oblationem curia vel per subsequens matrimonium (vel Jure Novellarum per Rescriptum Principis Nov. 89. c. 9.) legitimatur t. r. C. de Natur. lib.

POSTEA

POSTEA REDIGANTUR.] haecenus vidimus quomodo ex
 veris & iustis nuptiis liberi in Patriam potestatem rediguntur, jam
 videndum de illis nuptiis, quæ mediante legitimatione tales fin-
 guntur. Est autem *Legitimatione actus civilis, quo liberi naturales patriæ
 sui potestati subijciuntur* Nov. 89. c. 1. *Auth. nova* § l. 10. *C. de Nat. lib.*
Nov. 13. c. 2. N. 74.

NATURALIS FUERAT] Objectum legitimationis sunt
 naturales liberi, non illi qui opponuntur adoptivis *pr. l. de adopt.*
l. ult. ff. de his qui sunt sui: tales enim sunt legitimi: Sed qui oppo-
 nuntur legitimis quique ex concubina sunt geniti, de quibus *l. r.*
C. de Natur. lib. d. N. 89. tales autem ut sint, tria debent copulative
 concurrere 1. ut nati sint ex soluto & soluta qui sunt nobiles, 2. ut
 pater unicam habuerit concubinam, quæ 3. in domo & lecto fuerit
 retenta, sola maritali affectione absente. Talis enim concubina-
 tus de jure civili erat permissus & ex LL. nomen accepit *l. 3. § 1. r.*
de Concub. & concubina ab uxore tantum differebat dignitate
l. 49. § 4. ff. de leg. 3. & honore maritali *l. 49. § 4. ff. de leg. 3.* Jure
 autem divino & nostris moribus omnis conjunctio extra verum
 matrimonium damnatur, & nati ex illa Bastardi dicuntur, *l. 1. X.*
de Cohab. Cler. R. J. de Anno 1530. § O. P. de Anno 1548.

CURIAE DATUS.] non ita dicitur quod statim Decurio fa-
 ctus sit, nam & ætas minor 25 annis *l. 13. § 1. ff. de Decur.* & vitæ
 turpitudine *l. 2. C. de dign. l. 7. 8. de Interd. § releg.* poterat obstare: Sed
 ideo talis dicitur quod curiæ quis mancipatur *l. 3. C. de rem mil.* &
 muneribus municipalibus aggregatur *l. 4. C. de Natur. lib.* vide *D. Ta-
 bor. de Obl. succ. in off. c. 2. § 4.* Verum hic legitimandi modus hodiè
 abusu recessit, & alius jure Novellarum inductus est, qui fit per
 Rescriptum Principis, vel ab ipso Principe, vel ab eo qui talem
 potestatem à Principe impetravit, quales etiam sunt Comites Pa-
 latini Cæsarei seu Comites sacri Palatii Lateranensis **Reichs-
 Hoff Grafen** / quia participant de Palatio Imperatorio, seu La-
 teranensi non quod Romæ est, sed quod Aquisgrani fuit *Limn. de
 l. P. l. b. 4. c. 4. n. 41.* Ut autem hæc legitimitio procedat, requiri-
 tur 1. Ne Pater rescriptum petens legitimos liberos habeat, 2. ut
 legiti-

legitimandi matrem non per se sed per accidens, fortè morte proventam non potuerit uxorem ducere *Nov. 89. c. 9. 11. Nov. 74. c. 2.* & qui tunc ita legitimantur, etiam in consortium civium sunt admittendi *Carpz. lur. For. p. 2. c. 2. def. 16.*

NEC NON IS QUI A MULIERE.] Alter legitimandi modus (nam illum quem *Pac. h. ex Nov. 74. § 117. c. 2.* per nominationem à Patre rite factam deducit, non agnoscimus) per subsequens matrimonium, etiam in articulo mortis modo absit fraudis suspicio, contractum, sic, *arg. l. 30. ff. de R. J. l. 106. ff. de condit. & dem.* & tam ad jam ante natos, Germ. *Wandel Binder* / quam ad nascituros se extendit § 2. *I. de hered. qua ab invest. l. 6. 10. C. de Nat. lib. d. N. 89 c. 8. d. N. 74. c. 4.* Ad hunc modum tria requiruntur 1. ut legitimandus ex concubina sit natus, cum qua 2. potuit etiam ex ante esse matrimonium 3. ut interveniant dotalia instrumenta *d. l. 10. § 11. C. d. t. d. § 2. & dd. Nov.* hodiè tamen benedictio sacerdotalis sufficit, quæ per se matrimonium subsequens probat. Qui autem ita legitimantur per omnia (excepta tamen successione in feudis 2. *F. 26.*) legitimis comparantur *d. l. 10. d. § 2.* & non tantum testimonium natalitium possunt impetrare, sed & in honesta Opificum Collegia debent recipi *R. J. de Anno 1548. Rubr. von Handwerks Gesellen.* Quoniam matrimonium subsequens omne præcedens vitium purgat *c. tanta X. qui fil. sunt leg. Carpz. I. F. p. 2. c. 6. def. 12. & seqq.*

TIT: XI.

DE ADOPTIONIBUS.

RUBR.] Connexio hujus tituli est in pr. h. quoniam de liberis naturalibus h. e. legitimis & legitimatis P. P. constituentibus hæctenus diximus, jam sequuntur civiles.

Connexio §§. *Adoptio proponitur in Genere qt. definitur pr. dividitur §. 1. & illa divisio declaratur §. 2. 3.* In Specie *qt. est liberorum & tunc vel respectu adoptandi §. 4. 5. 6. 7. 8. vel adoptantis §. 9. 10. 11. servorum §. 12.*

Pr.

Adoptio est modus civilis constituendi patriam potestatem.

ADOPTAMUS] Adoptio est actus legitimus, per quem quis in extranei patris familiam cooptatur *l. 1. 2. ff. l. 5. C. b. r.* dicitur autem actus legitimus *tum* quia est à lege civili inventus, *tum* quia apud eum tantum expediri potest, cui hoc specialiter lege est concessum *l. 4. b. l. 3. de Off. Procons.* Inventa autem est adoptio *tum* ut sterilitati & mortalitati familix consuleretur, *tum* ut in locum degenerum filiorum meliores cooptentur, *arg. l. 1. b. r.*

§. Adoptio autem I.

Adoptio duplex est: altera Arrogatio, qua is qui sui juris est ex rescripto Principis adoptatur; altera Adoptio in specie, qua filius familias auctoritate Magistratus à Patre suo naturali, alteri in adoptionem datur.

ARROGATIO] dicta est arrogatio quia olim per populi rogationem fiebat *Gell. N. A. 5 c. 19.* consideratur autem hic arrogatio respectu objecti & formæ: *Objectum* est paterfam. in arrogationem consentiens §. 2 *l. 5. b* sive major sive minor, sive pubes sive impubes sit, modo causâ cognita adhibeatur curatoris & tutoris consensus *l. 8. l. 17. §. 1. b. r.* *junge § 3. b. r.* *Forma* est quod fiat auctoritate ac rescripto Principis *l. 2. b. r.* quam tamen potestatem hodie etiam Status Imperii habent in suis territoriis jure superioritatis.

ADOPTAMUS] adoptio in specie sic dicta fit accedente auctoritate Magistratus, & pro objecto habet filiumf. *l. 2. pr. l. 33. l. 42. ff. b. r.* de antiqua autem adoptandi forma agit *Gell. d. l.* Differt itaque adoptio ab arrogatione 1. *Forma*, Hec enim olim fiebat in Comitibus curiatis, & post auctoritate Principis. *Illa* in jure h. e. apud inferiorem Magistratum apud quem legis actio erat *l. 4 ff. l. 1. C. b. r. 2.* *Objecto*, Hec requirit patremf. *Illa* filiumf. 3. *Effectu* Hec semper est modus constituendi patriam potestatem. *Illa* non §. 2. b. r.

K

§ Sed

§. Sed hodiè 2.

Olim indistinctè adoptio constituebat PP. hodiè tantum arrogatio, & si adoptans avus maternus vel avus patris emancipati fuerit. Omnis tamen adoptio jus successionis ab intestato adhuc tribuit.

MINIME DISSOLVUNTUR.] adoptio in specie sic dicta distingvi potest, in *Perfectam* quæ adoptatum filium facit, cujusmodi est quæ fit à persona conjuncta ascendenti scilicet avo materno vel avo patris emancipati: & *Imperfectam* quæ non facit filium, sed tantum filium, & nihilominus jura successionis ab intestato tribuit, qualis est quæ fit ab extraneo *l. pen. C. h. t.* quo etiam refertur illa quæ fit à femina *l. 5. C. d. t.*

VEL MATERNO.] idem non est si parens naturalis filium suum naturalem adoptaverit, is enim adoptare nequit *l. 7. §. fin. C. de Nat. lib. N. 74. c. 3. N. 89. c. 12.* quibus abrogatur *l. 6. C. d. t.* nec Obli. §. 14. *l. de ber. quæ ab int.*

§. Cum impubes 3.

Impuberis arrogatio causâ cognitâ & mediante arrogatoris cautione fieri debet. Nec ita arrogatus sine causa poterit emancipari vel exheredari, quin arrogans ipsi cum restitutione omnium, etiam quartam partem suorum bonorum relinquere debeat.

CAUSA ARROGATIONIS.] causa arrogationis debet esse arrogando honesta & utilis *d. l. 17. h. eaq; à Magistratu, tutoribus ac propinquis ejus debet considerari l. 2. ult. C. h. t. junct. l. ult. C. de aurb. tut.*

CAVEAT.] cautio hæc debet fieri datis fidejussoribus *l. 18. 19. 20. ff. de bonis pupilli vel ipsi vel ejus propinquis restituendis.*

PERSONÆ PUBLICÆ.] i. e. Tabellario, qui erat scriba Magistratus municipalis, ejusq; actis præerat *l. 3. C. de Tabul.*

SINE JUSTA CAUSA.] Quamvis nemo nisi volens emancipari queat *Nov. 89. c. 11.* tamen aliud est in impubere arrogato: Is tamen si injustè emancipatus vel exheredatus fuerit, non tantum omnia

omnia sua bona recipit, sed etiam post mortem arrogatoris quartam partem omnium ejus bonorum accipit l. 1. §. 12 ff. de Collat. junct. l. 22. pr. ff. l. 2. C. b. t. l. fin. ff. si quid in fr. patr. Quæ vocatur quarta D. Pii vel quarta arrogati, ad quam consequendam competit conditio ex lege l. 8. §. 15. ff. de inoff. test. junct. l. un. de cond. ex leg. RELINQUERE] Verbum hoc ad ultimas voluntates pertinet l. 1. §. 10. de Tab. exh. l. 2. C. de Nat. lib. Nov. 89. Briß. b. v.

§. Minorem 4.

*Adoptans adoptandum precedere debet octo-
decim annis l. 40. b. 1.*

NATURAM IMITATUR.] non enim adoptio est natura veritas l. 23. ff. de lib. & postb. sed ejus aliqua comparatio civili ratione ad conservandas familias inventa.

PLENA PUBERTATE] quamvis pubertas anno 14 fit definita, attamen quia adoptio vim generandi respicit, octodecim annos requirit, qui plenam pubertatem constituunt d. l. 40. b. 1. junct. l. 14. §. 1. ff. de alim. leg. Paul. 3. sent. 4.

§. Licet 5. & §. & tam 6.

Qui filium non habet, nihilominus potest nepotem vel pronepotem adoptare.

IN LOCUM NEPOTIS] Quamvis hoc contra naturam & ordinem generationis sit, tamen fictione juris sustinetur l. 37. 43. b. 1. quoniam favor propagandæ familiæ hic duntaxat spectatur, ita ut etiam alienus filius in nepotis locum possit assumi.

§. Sed si 7.

Ejus filius debet consentire qui nepotem adoptat, ne invito suus heres agnoscatur. Avus tamen etiam dissentiente filio potest nepotem in adoptionem dare.

FILIUS CONSENTIRE.] Etsi quidem Pater propter potestatem quam habet in filium non videtur ejus consensu indigere l. 4. d. R. 7. attamen effectus hujus adoptionis confertur in tempus illud quo avus jam est mortuus, & hoc respectu consensus filii requiritur.

K 2

§. Ini

§. In plurimis 8.

Quoniam adoptatus in multis assimilatur legitimo, ideo etiam alteri in adoptionem dari potest.

ASSIMILATUR.] comparatio illa consistit 1. in patria potestate, 2. in matrimonii prohibitionem, 3. in acquisitione bonorum, 4. in successione ab intestato.

§. Sed & illud 9.

Qui nullam spem generandi habent, illi nec adoptare possunt, secus ac illi qui vitio sanabili laborant.

SPADONES.] Spadonum appellatio generalis est, ut etiam Castratos quibus virilitas ablata est & Thlibias qui attritos & Thlasias qui fractos testiculos habent denotet *l. 128. ff. de V. S. l. 39. §. 1. ff. de J. D. l. 7. ff. de Edil. Ed. Anton. August. l. 3. emend. c. 5. Limn. I. P. l. 2. c. 2. n. 51.* hic tamen specialis est & ad illos tantum restricta, qui temporali & sanabili vitio laborant *d. l. 39. dis. Leo Imperator Nov. 26. 27.*

§. Fœminæ 10.

Mulier neque adoptare neque arrogare sine speciali Principis permisso potest.

IN POTESTATE HABENT.] tum etiam quia comitiis populi in quibus olim adoptio celebrabatur interesse non poterant. Sed postea per *l. 5. C. b. r.* in solamen liberorum a missorum ex speciali Principis indulgentia adoptare possunt: Quæ tamen adoptio non facit filium. Sed Leo Imperator etiam virginibus adoptandi jus concessit *d. N. 27.* at ejus Novella uti usu non recepta sunt, ita etiam vim legis non habent.

§. Illud 11.

Arrogatus una cum liberis suis quos in potestate habet, in arrogantis transit familiam l. 15. l. 40. ff. b. r.

IN EJUSDEM FIUNT POTESTATE.] quod in arrogato indistinctè verum est: nihil enim in potestate sua retinere potest ille, qui sui juris esse desinit *l. 21. ff. ad L. Jul. de Adult.* Quia autem adoptivus alium patrem præsupponit ejusdem liberi in potestate avi manent *d. l. 40.*

§. Apud

*Adoptio servi non quidem facit filium, facit
tamen liberum.*

HOC IPSO LIBERARI.] Servi quidem adoptari nequeunt
*l. fin. ff. b. t. interim propter praesumptam voluntatem Domini liberi
sunt arg. l. 12 ff. de R. D. Idem est si Dominus apud acta servum libe-
rum vocaverit l. un. C. de lat. lib. toll.*

In locum adoptionis consuetudine Germania hodie inducta
est, *Unio Prohym* quae est actus, quae causa cognita liberi diversi ma-
trimonii coram Magistratu ad aequalem successionem uniuntur
Treutl. V. 1. D. 2. lb. 21. Rennem. 7. R. Memb. 1. D. 44. n. 21.

TIT. XII.

QVIB. MOD. JUS POTEST. SOLV.

RUBR.] Exposuimus tres modos constituendi potestatem
dominam, nativitatem, captivitatem & venditionem, & quo-
modo ea dissolvatur: Exposuimus etiam quomodo P. constitu-
atur, nuptiis, legitimatione, & adoptione: Exponamus jam qui-
bus modis eadem solvatur, quorum septem hic recensentur.

Connexio § §. Solvitur P. liberis invitis & tunc in totum mor-
te naturali pr. civili § 1. 2. 3. dignitate § 4. in tantum scil. captivitate
propter jus postliminij § 5. Volentibus & tunc emancipatione § 6. 7.
& adoptione § 8. quarum declarantur communia § 9. 10.

Pr.

*Servi liberantur manumissione, liberi autem
primò Parentis morte naturali, nisi mortuo avo in
potestatem patris sui sint recasuri.*

MORTUO EO.] Mors naturalis est dissolutio animae & cor-
poris *Gell. 2. N. A. c. 8. adeoq; privatio vitae l. 1. nib. inn. app. in-
terp. & omnia solvit Nov. 22 c. 20 l. 195. § 2. de V S.*

MORTUO VERO AVO.] Nepotes mortuo avo sui juris fieri
nequeunt, sed agnoscuntur Patri sui heredes § 7 de adopt l. 13. de injust.
*rapt. test. nisi pater eorum vivo avo ex ejus potestate exierit, & tunc
non recipit P. P. quamvis postea ab eodē adoptat^o sit l. 41. ff. de adopt.*

K 3

§. Cum

§. Cum autem 1.

Secundò *deportatio ceu mors civilis patris vel filii P. P. tollit, quia jus civium adimit: Sed à Principe restitutus pristinum statum recipit.*

UT QUI EO.] Hotomannus ita legit: *Ut eo, qui eo modo, ex numero Civium R. tollitur, perinde q. mortuo: quæ lectio tolerari potest.*

DESINIT ESSE IN POTESTATE.] Mors civilis contingit per maximam & mediam capitis diminutionem, & eundem habet effectum in civilibus quam naturalis in naturalibus l. 1. §. 8 ff. de bon. Poss. contr. tab.

EX INDULGENTIA.] quod tamen non intelligendum de generali restitutione, quæ tantum poenam remittit, l. fin. C. de gen. abol. l. 4. 7. 8 de sent. pass. sed de speciali, quæ reus in omnia pristina jura restituitur l. 2. ff. l. 2. 4. 9. C. d. e.

§. Relegati 2.

Relegatio quia non tollit libertatem nec civitatem, ergò nec patriam potestatem l. 4. 7. §. 3. de interd. & releg.

LIBEROS RETINENT.] differentias inter deportationem & relegationem vide l. 7. 8. 14. 18. ff. de interd. & releg. Relegatio autem ne quidem inter poenas capitales refertur l. 28. §. 1. de poen. l. 13. ff. de bon. poss. nec per se infamat, nisi ob causam famosam fiat Speck. c. 1. q. 15.

§. Poenæ servus 3.

Tertiò Servitute poenæ tollitur P. P. quia continet maximam capitis diminutionem.

SERVI AUTEM POENÆ.] tales sunt qui poenam capitalem pro meriti erant l. 12. 29. ff. de poen. Hortens. b. quo referuntur qui in metallum damnantur h. e. ad effodiendum metallum; & qui damnantur in ludum venatorium l. 8. §. 11. ff. de poen. non etiam in opus publicum l. ult. de Effract. Sed novo jure ad mortem damnati non amittunt libertatem Nov. 22. c. 8.

§. Filiusf. 4.

Quartò quamvis olim nulla dignitas l. 7. C. de P. P. adeoq. nec militia nec consulatus solverit P. P. tamen patricii-

patriciatus seu consiliarius dignitas id praestat.

NOSTRA CONSTITUTIONE.] quæ est l. fin. C. de Consul. & l. fin. C. de Decur. sed Nov. 81. c. 13. etiam Episcopatum eo refert: & generaliter quæcunq; dignitas à curia liberat, uti consularis eadem dd. ll. P. P. tollit, non tamen Doctoratus Carpz. J. F. p. 2. c. 10. def. 4.

CODICILLIS.] i. e. Principum diplomatibus l. 12. C. de dign.

NON VALERE.] infirma hæc ratio est, quia Princeps nemini invito jus suum auferre potest l. 4. C. de Emanc. liber.

§. Si ab hostibus 5.

Quintò Captivitas patris vel filii quamvis non in totum tollat, tamen propter jus postliminii suspendit P. P.

AB HOSTIBUS CAPTI.] Hi quamvis fiant servi hostium, tamen reversi jure postliminii omnia pristina jura recipiunt, quia jus fingit illos semper in civitate mansisse. Facta tamen quia infecta fieri nequeunt, reversi non recipiunt l. 12. §. 2. de capt. & postl. l. 19. ex quib. caus. maj.

SI VERO IBI DECESSERIT.] qui apud hostes moritur, primo captivitatis momento liber mortuus intelligitur l. 12. ff. qui test. fac. post. adeoq; P. P. morte naturali fingitur sublata.

RECUPERATUR.] nihil refer dimissus an fraude subductus revertatur l. 15. l. 20. §. fin. ff. de capt. & postl. rev.

§. Præterea 6.

Sextò tollitur P. P. emancipatione, quæ est actus legitimus quo parentes liberos suos de potestate sua dimittunt.

SED EMANCIPATIO.] Emancipandi ratio triplex hic proponitur 1. legitima quæ fiebat per imaginariam venditionem ex l. 12. 16. 2. Anastasia quæ fit ex rescripto Principis l. pen. C. de emanc. 3. Justiniana quæ fit coram quovis competente Magistratu d. l. pen. & ult. C. d. r. Nov. 81. pref. c. 1. Hodie autem liberi si propriam habeant familiam emancipari videntur; solæ autem nuptiæ indistinctæ illum effectum non habent Carpz. J. F. p. 2. c. 10. def. 1. & seqq. Sand. Decis. Fris. l. 2. r. 7. def. 5.

FICTIO NE EXPLOSA.] fictio est juris civilis commentum ad usum

80
usum vita communis contra naturam rerum & contra veritatem
accommodatum l. 54. ff. de O & A. l. 2. ff. de Usufr. ear. rer.

§. Admonendi 7.

*Qui filium & nepotem in potestate habet, ex li-
bertate arbitrii hunc vel illum manumittere potest*
l. 28. ff. de adopt. jung. §. 7. l. eod.

IN POTESTATE HABET.] Omnes enim sunt in potestate ejus,
quem communem Stipitem vocamus, à quo descendunt.

§. Sed & si 8.

*Septimò Adoptio ab avo materno, vel avo patris
emancipatiffacta patris potestatem tollit.*

SOLVITUR JUS.] quamvis respectu filii transeuntis in avi potesta-
tem sit translatio P. P. tamen respectu patris est solutio. P. P. Hor-
tens. b.

§. Illud autem 9.

*Si nurus ante emancipationem pregnans fu-
erit, quod ex ea nascitur in avi potestatem nascitur,
sin minus patri subjicitur.*

IN POTESTATE TUA.] ratio quod per conceptionem avo jus quæ-
situm sit l. 4. de adopt. adeoq; in omnibus his casibus spectatur tem-
pus conceptionis l. 7. §. 1. de Senat. l. 17. §. 1. ad SC. Trebell.

§. Et quidem 10.

*Quemadmodum liberi in viti non emancipantur,
l. 5. C. de emanc. Nov. 89. c. 11. ita nec parentes ad emanci-
pandum possunt cogere l. 31. ff. de adopt.*

ULLO PENE MODO.] excipe 1. si impubes arrogatus, pubes fa-
ctus probaverit sibi non expedire arrogationem l. 32. 33. de adopt.
2. Si Pater filium malè tractaverit l. fin. ff. si à par. quis man. 3. Si Pater
prostituerit filias l. 12. C. de Episc. aud. 4. Si Pater incestas nuptias
contraxerit Nov. 12. c. 2. 5. Si patri sub conditione emancipationis
fuerit legatum relictum. l. 92. ff. de condit & demonst 6. Ex quibus
caulis filius potest exheredari; ex iisdem etiam potest emanci-
pari l. 123. pr. de V. O. juncta Nov. 115. c. 3.

COROLLARIA.

- I. *EX* justis nuptiis etiam spurius nasci potest, & ex injustis legitimus filius.
- II. *Matrimonium sine consensu parentum contractum dissolvi à parentibus potest, non obstante eo quod copula carnalis intervenierit.*
- III. *Idem potest esse matris suæ filius legitimus, & ejusdem Socer; idem ejusdem Socer & gener; & eadem noverca & privigna, quod nec à jure, nec ab honestate alienum.*
- IV. *Ob sevitiam viri conceditur separatio ad ciborum & mensam, ac mulieri divertenti dos est restituenda.*
- V. *Quicumque sine causa in cœlibatu manet, peccat in jus naturæ, multo magis qui matrimonium prohibet.*
- VI. *In arduis Reipubl. negotiis non facile est exulibus credendum.*
- VII. *Princeps ducibus in bellum proficiscentibus, liberam administrandi belli potentiam facere debet, si prosperum belli exitum sperare velit.*
- VIII. *Princeps neutralis tutius per literas, quam per legatos cum belligerantibus agit.*
- IX. *Difficilius est imperantibus, prosperam quam adversam ferre fortunam.*
- X. *Multum Reipubl. interest ut injuria puniantur, sive publicè sive privatim illata fuerint.*
- XI. *Potius supersticiosi in Reipubl. tolerandi sunt, quam athei.*
- XII. *Urbem intestinis insidiis laborantem invadere, atque oppugnare velle, dubium est ac periculosum.*
- XIII. *Ad seditiones excitandas sola eloquentia, sine prudentia sufficit.*
- XIV. *Si quæ comparantur bello à Reipubl. malè instituta, ea potius ad inieritum illius pertinent, quam ad imperij magnitudinem amplificandam.*
- XV. *Magna est diversitas militum nostri temporis, ab illis qui olim militabant.*
- XVI. *Quæstio de jure successoris, in Monarchia duntaxat habet locum.*
- XVII. *Onera Reipubl. equaliter distribuere, & dignitates benemeritis conferre, paci conservanda conducit.*

XVIII. *Opi-*

- XVIII. *Opinio eorum erronea est, qui docent peccare subditos, qui mandata Principum etiam injusta exequuntur.*
- XIX. *Nulla rectorum Rerumpubl. simpliciter pre reliquis dici potest optima, nec ulla aberrantium pessima.*
- XX. *Iustior collecta est secundum as & libram, quam secundum capitationem, quamvis hæc illa sit usitator.*
- XXI. *Qui tria Comicum imperij Scamna statuunt, ignorantiam juris imperij produnt.*
- XXII. *Jurisdicctio tam in Ecclesiasticis quam civilibus etiam seculari Magistratui competit.*



Sonnet.

WAn kan was sonderlichs auß eurem Sereit erzwingen
 Mein vielgeehrter Busch / es tom nicht ungefahr
 Ein solches Buch - Befecht ohn sondern Nachdruck her/
 Von Bäuelicher Macht / von Knecht - von Hochzeit Dingen
 Auß einmahl / was im Recht davon steh / vorzubringens
 Wie mancher zieht den Kopff darüber über quiseh
 Und bleibet von Hoffnung voll / von Klugheit aber lähe/
 Euch aber wird es iht und folgendes baf gelingen;
 Ihr streitet ja davon / was jener seht voran
 Der borth im Regiment sagt was sey wolgethan.
 So freyt / so herrsche / so sagt denn iht vom Vater. Wesen
 Was rechte / was unrechte sey / von Anfang bis zu End.
 Wie? habt ihr diesen Satz wo darümb außgelesen/
 Euch selbst erst vorzusehn / und dann dem Regiment?

Dem Hn. Antwortendem verfertiget von
 dessen im Collegio Paciano

Studierenden Genossenschaft:




34. Knorr, de eo quod iustum est secundum observantiam
cothoricensem circa jus Sabellarum
35. Knorr, observationes ad prooemium Institut. F.
Justiniani imp.
36. Struczer, de con. et disconvenientia juris romani et
statutarii Versustensis in materia successione conjugum ab
intestato.
37. Struczer, de testamento privato solemniter, praesertim
scripto, sine clausa.
38. Struczer, de eo quod iustum videtur circa appellati-
onem a statibus imperii evangelicis ad imperatorem in
causis ecclesiasticis.
39. Schefer de fama.
40. van Deventer, de probationibus.
41. Pertsch, de reformatione actuum valide et legitime
celebratorum.
42. Poppel, de commodis incertitudinis.
43. Poppel, de actibus contractibus vulgo adijci soli-
ta.
44. Olearius, de patientia iuridica.
45. Boorn, de communicatione peregrina inter
Chororum castra.
46. Schroeder, de iuribus mulierum in concursu credi-
torum ratione allodii et feudi.

47. Boerzell. De necessitate et usu philosophiae practicae
in studio juris.

48. Boeckelmann De momento ejusque causa.

49. Anglius exceptionem excussionis extraneo possessori
competentem a





Coler, d. Pr. Exec. p. 3. cap. 2. n. 20. Unde hu-
siones judiciales (extrajudiciales verò non pro-
loco probationis habentur Zas. in l. 1. n. 5.) ex-
lum rediguntur, item instrumenta in judicio
recognita, aut publico sigillo munita, contrac-
brati & pro more in libros publicos, die C
(6) instrumenta à Notariò legitimè confecta
biir. tutel. Novell. 41. & 73. c. 8. l. 11. C. qui pot
lib. 2. cas. 17. n. 5. quicquid in contrarium pr
Svaretz. citati ab Umm. d. 25. th. 2. n. 12. (7)
dum homologatum. Asin. d. Execut. §. 1. c. 15.
tum litis decisorium præstitum Svaretz. in l. po
492. §. nota secundo n. 1 præterquam in casib
(9) Contractus juratus, quia juramentum si
Umm. disp. 23. th. 2. n. 12. (10) privata chyro-
cautiones, literæ cambiales, Wechsel, Wie
Kerhöhlgere / modo recognitio accesserit. O
Alle briefliche Urkunden / welche gericht
soll das Warth / wieder welche sie einbracht
Decis. Nov. 74. Per testes autem liquidatio-
da, cum cause hæ ventitentur in processu su
Imper. p. 3. c. 2. Item Sachen der Liquidati
p. 1. c. 1. n. 60 ubi testes non recipiuntur. Ide
de documentò à debitore subscripto & sigilla
blancà ab aliò confectò & extenso. Carpz. in
n. 49. seqq. nisi reus tales probet præsumption
fessionem contentorum sibi admittendus Carpz.
autem dicendum de instrumentis ad aliud sese
si quis C. d. Edend nisi sint confecta inter easde
lib. 3 Resp. 83. n. 67. add Dn. Schvwend in
Membr. 1. c. 1. l. 1. b. c.

Theſ. XXI.

Notandum verò, liquidationem ab initio
accedente si iudicis moderatione, certam fieri
certam. Nam si certò jam constet de quantitate
schedà expressà eaque v. gr. modis superiori th

fes-
item
col-
ta &
tele-
elati
Ar-
och.
l. &
lau-
nen-
mp.
eptis.
dum
pha,
neæ,
ibi.
cht /
Add.
liqui-
tam.
cept.
dum
men
rt. 1.
dif-
liud
utb.
rpz.
p. 2.
stea (ir
in-
onis
dita
sic

